GEOGRAPHIA
PTOLEMEI

Geographia Ptolomei

Geographia

Claudii Ptolemei viri Alexandrini

Mathematicę disciplinę Philosophi doctissimi

Geographię opus nouissima traductione e Grecorum archetypis castigatissime pressum: ceteris ante lucubratorum multo prestantius.

Pro Prima parte continens

1 CL. Ptolemęi Geographiam per octo libros partitam/ ad antiquitatē suam/ integre & sine ulla corruptione.

2 Vna cum collatione dictionum grecarum e regione ad latinas certissima graduum calculatione.

3 Registrationem item nouam regionum/ præfecturarum/ ciuitatum/ fluminum/ marium/ lacuum/ portuum/ siluarum/ oppidorum/ villarum ac gentium/ ad ordinem chartarum & columnarum singula certissimo monstrans indice.

4 Quā breuis & doctissima Gregorij Lilij subsequitur instructio de Grecorum numerali supputatione/ in traductione greca res scitu aurea.

5 Tabularum dein Auctoris vigintiseptem ordo hic est

Generale orbis iuxta descriptionē Ptolemęi Vna.
Europę tabulę Decem.
Aphricę tabulę Quattuor.
Asię tabulę Duodecim.
Est & una corporis Spherici in plano iuxta finē. 7. li.

Pars Secunda moderniorum lustrationum Viginti tabulis/ veluti supplementum quoddam antiquitatis obsoletę/ suo loco quę vel abstrusa/ vel erronea videbantur resolutissime pandit.

Adnexo ad finem tractatu sicuti lectu iucundissimo/ ita & utilissimo de varijs moribus & ritibus gentium: eorundemq; ac localium nominū originibus.

Breuis continentia Libri:
Oppida/ regna/ lacus/ montes/ & ęquora/ siluas/
Ac hominum mores hic Ptolemęus habet.

Cum gratia & priuilegio Imperiali per 4 annos.

Ioannes Franciscus Picus Mirandulę Dominus/Concordięq́
Comes: Iacobo ęszler I V Doctori/ & complicibus S.D.

Neq́ me tanti a vobis putassem fieri: ut cuperetis Philesium utriu[illegible]estrum amātissimū/cōueniēdi mei causa Italiā repetere. Nec mihi ipsi ꝑsuasissem in ista Vogesi rupe legere viros adeo doctos beneq́ institutos/ ut q̄ maxīe possent ꝓdesse oībus in re litteraria vellēt. Sed ut ego nil minus cogitās postremū hoc offendi veluti lucrū ex insperato: ita vereor ne vobis multa de me sperantibus queāt pauca ꝓstari. Ne tn̄ aut vos pęniteat voti: aut Philesiū pigeat itineris: illi ipsi ad vos data est gręca Ptolemęi Geographia: quā si latinę varijs typis excusę cōposueritis: cognoscetis forsitā & hāc ab illa tātū abesse quātū Ptolemęus absuit a regio stemmate. q̄ tn̄ ut ornaret/ Aboasar insigni delyrio sategit: & errata nō cōtineri intra eū numeꝝ q̄ falso est adiectus annis Ptolemęi. Rē minus explico tractatā a Ioāne Pico patruo cōtra scriptores Astrologię: repetitā a me q̄nto de reꝝ ꝓnotione volumine/aduersum Patrui calūniatores. Qui si nobis repugnare q̄ accedere maluerint/& rē exactius rimari: iuniorē etiā fuisse Ptolemęū ipm inueniēt/ q̄ ut sub Hadriano & Antonio floruerit. Nec moueor eo: q̄ in quadā in Strabone ꝓfatiōe Plinius & Mella scripsisse ante illū dicant. Sed & alia sūt in causa. & ipsa etiānum Suidę collectanea inquis: multos est legere Ptolemęos/reges/duces/scriptores carminū/grammaticę professores artis: sed unū dūtaxat sub Marco Cęsare/q̄ Antonini pij/Hadrianū secuti/& gener fuit & successor Impij/est īuenire Claudiū Ptolemęū q̄ astrologica scripserit. Quę sane si reliq̄sset intacta q̄d attinet ad ꝓsensiones genethliacas: tā recte & secum & cū posteris fuisset actū/ q̄ scite cū alterutris: dū monumēta reliq̄t dimetiendoꝝ motuū: in quibus etiā iuniores Astrologi nō cōuenerūt. In illa tn̄ vanitate minus cęteris culpādus/ q̄ eā parcius laudauerit: q̄ subtraxerit ab ipsa ꝓnotione reꝝ particulariū/& afflatis numīe reseruauerit. Nulla tn̄ cōtrouersia de mortalibus ꝓclare est meritus in Geographia: quā alij & Periodon/ & Periegesin vocari posse putauerūt. περίοδοσ autē & περιήγησισ noīa esse ḡnalia cēsuit Eustachius: sub eisq́ Geographiā & Chorographiā siue topographiā claudi: illā tn̄ orbis uniuersi/hāc regionis cuiuspiā descriptiōe cōpleri voluit: ab eis nō abhorrens q̄ Ptolemęus in primo disseruit. Sed omissa nominū subtiliori disputatiōe res ipsa discēda est: adeo cōsensu gētiū honesta/ ut Homerus inter primas laudes Vlyssis cecinerit illū multas urbes cōspexisse: adeo iucunda cognitu/ & cū oīum vitę/tū Regibus maxīe & Ducibus utilis: ut eius rei gratia nō solū Anaximander/Eratosthenes/Democritus/Eudoxus ac alij diu multūq́ laborauerint: veꝝ & Dionysius & Hercules (ita vetus opinio vulgauit) patriū solū dereliq̄rint/ad asciscēdā sibi eaꝝ noticiā regionū q̄ varijs cœli inclinatiōibus supponerent. Illud etiā l̄raꝝ monumētis relatū est: nō aliā ob causam magnū illum Macedonū regē extimulatū cupidine spectādi oceani. Memorię q̄q́ ꝓditū est Sesostrin ęgyptiū noscēdi orbis ardore flagrātē/ magnā eius partē circuīsse: curasseq́ circuitū pictis cōmēdari tabulis: q̄ non Aegyptijs modo/sed & Scythis ut admiratiōi forēt trāsmitterent. Nec omiserūt Platonis in Siciliā & Aegyptū iter acceptū referre huic ipsi orbis cognitiōi: quā & Strabo nō dubitauit asserere ad philosophū in primis ꝑtinere. Eandē q̄q́ in eo ordīe apud Theologū facile collocauerint hi/q̄bus ꝓspectū est ī Geneseos & Exodi voluminibus/in epistolis Pauli & Actibus Apl̄oꝝ (ne singula ꝑcenseā) citari Aegyptū/& mare rurę rubrū/& Arabię deserta: multos & Europę & Asię tractus & urbes. Quo magis ī bonis animi lucris apponēda est q̄ vos incessit cura: ut dēptis erroribus ipse terraꝝ orbis spectari possit descriptus a Ptolemęo. Qui tam & si nōnullis authoribus q̄at inferior dici: q̄bus nō Geographia solū/ sed & Chorographia/ & reꝝ etiā locorūq́ historię simul sunt explicatę: ꝓstare tn̄ cęteris vel his duobus facile dignoscit: q̄ & statis regulis terrarū orbē doctius breuiusq́ partitus sit: & inclinatiōes cœli ꝑ lineas & gradus ipsis partibus ęquādas curauit. Cuius viri diligētię plęraq́ vos adhibituros retulit Philesius: inter q̄ illa cū Ptolemęo ipsi/tū cęteris ignota scriptoribus/nr̄a ętate miro diuinę ꝓuidētię munere/ lusitana classe repta. Qua de re ut indicā illā nauigationē subsignaremus nuper in nostro ad Christū hymno/ nostris etiā interꝓtamētis patefacto/ ita cecinimus. Quin & Vlysseo nuꝑ de littore soluēs Nauta ꝑ infidū pelagus/ ꝑ atlantica regna Discurrēs: viridiq́ iugo post terga relicto/ Arctoi relegens cōtraria sidera currus: Pertulit eoos tua Rex vexilla sub Indos. Verū vobis in oꝑe cōmunicādo ne trāsuersum quidē ut aiūt unguē remittēda est diligētia. alioq̄ facile eueniet [illegible] eorū q̄ magno labore parauistis/ nullo labore fiat iactura ob imꝓssorū vel īperitiā/vel negligētiā. Quā si expugna[illegible]tis: curuos nō [illegible]tem ꝓstātiores Hercule: quē septē ca[illegible] extinxisse monstrū fabulant: idq́ in[illegible]u corꝑibus [illegible] mille mōstris milies [illegible]etibus/ ꝓpurgabitis mētes hoīm: idētid[illegible]tiū & ꝓmētiū veter[illegible] tā falso: ut si rediuiui fierēt q̄ scripse[illegible]lla ꝓ legitimis aut d[illegible] natis admitterēt: Quid em̄ vel ipsi librarij/vel q̄ [illegible]operā nauant q̄tidie peccent exp[illegible]ur sępius q̄ volumus: dū [illegible]tiones nostras ab eorū [illegible]mulis redeūtes vix agnoscimus. Valete [illegible] quarto Calendas Septe[illegible] a partu virginis M D VI[illegible]

CL. PTOLEMAEI VIRI ALEXANDRINI GEOGRAPHIAE LIBER .I.

In quo differat Geographia a Chorographia. CAP. .I.

g EOGRAPHIA MVtatio ẽ per designationẽ totius cogniti orbis/cum his quæ fere uniuersaliter sibi iunguntur. A Chorographia hęc differt. Nam Chorographia particularius a toto loca abscindens/per se de quolibet ipõrum agit:describens ferme singula:etiã minima cõceptorum a se locorum. quẽadmodũ portus/villas/vicos fluuiorꝵ/scissiones/ac huiusmodi. Geographiæ autem propriũ est:unã eandemq; habitabilem terrã nobis cognitam / ostẽdere quomodo natura situq; se habeat. circaq; ea tm̃ intendit/quę per descriptiones orbis magis generales sibi iunguntur. veluti circa maiora oppida/magnas ciuitates:montes etiã/fluuiosq; insigniores. Pręterea circa ea omnia quæ iuxta quãlibet speciẽ maiori nota digna sunt. Finis Chorographię est/partẽ totius sigillatim animaduertere. ut si quis aurẽ tm̃ aut oculũ pingat. Geographię vero totũ inspicere iuxta proportionẽ. ut si integrũ quis caput designaret. Integris enim imaginibus cũ oporteat potiora membra primũ adhiberi:deinde ea quæ imagines picturasq; suscipiunt: ita æqua dimensione inter sese locari: ut ex iusta distantia visu possint discerni/an totũ/seu pars sit illius quod pingit. sequitur non indigne/nec præter rem : Chorographiæ quęcunq; etiã minima proprietatũ / Geographiæ vero regiones ipsas/cũ his quæ generalius sibi adnectuntur propriũ esse tribui. Nam potiores nostræ habitabilis partes quę æqua dimensionũ proportione notabũtur/prouinciæ siue regiões sunt: & harum priora habẽtur membra/differentię magis insignes quæ in ipsis regionibus sunt. Versaẽ autem Chorographia q̃maxime circa quale magis / q̃ circa quantum eorum quæ describuntur. Circa enim pingendi similitudinem omnino vertitur:cura situũ proportionumq; dimissa. Geographia vero magis ad quantitatẽ q̃ qualitatem intẽdit. Nã de proportione distantiarum animaduertit in omnibus:de pingendi vero proprietate non nisi solum in imaginibus maiorũ descriptionum. Vnde Chorographia pictura eget:nullusq; eã recte componet nisi homo pictor. Geographia autem non idem expostulat. Nam poterit quis per puras lineas nudasq; denotationes loca figere/ ac figuratiões generales inscribere. Quare illi mathematica opus nõ est:sed Geographię ea potior ps. Cõtemplari enim in hac oportet totius orbis magnitudinem & formam. Præterea situs ad totum orbem:ut fas sit partem cõcęptam qualis & quãta sit dicere:& sub quibus cœlestis sphærę parallelis locetur. Vnde de dierum ac noctium magnitudine/de fixis quę supra verticem nobis sunt/ de stellis quę supra horiçontem semper feruntur/ de his quæ perpetuo non nobis oriuntur / de omnibus deinde quę ad rationem habitationũ nostrarum spectant differere poterit. Quæ humanis ingeniis mathematico iure demonstrari altissimum atq; pulcherrimum est. ut cœlum ipsum natura se habeat:cum veluti ambiens nõ ostendi possit. ut terram ipsam per imaginẽ intueri valeamus:quæ cum certa & maxima sit:neq; vel tota vel ps nos circumambiat ab eisdem quibus cœlum peragrari potest.

Quæ ad Geographiam præsupponenda sint. CAP. II.

q Vis Geographiæ finis/& ĩ qbus a Chorographia differat/strictim in prioribus annotatum sit. Cum autem in præsentiarum propositum sit: habitabilẽ nostri orbis describere q̃ maxime fieri possit intra sese æqualem: necesse arbitramur ĩ exordio hęc pręponere. Q. huius rei primũ est / historia peragrationis : plurimã noticiam nacta ex illorum traditione / qui diligentissime regiones quasq; explorauerunt: φq; huiusce animaduersionis atq; traditionis ad geometricam hoc/ illud ad obseruationem fixarũ pertinet. Quod geometricũ est/ per purã dimensionem distantiarum ostendit qualiter loca inter sese sint sita. Quod ad superiora refertur/eorundẽ locorum positiones per fixas docet cũ astrolabicis & ‡ sciothericis instrumentis. Idq; certũ quidẽ est nec in aliqua re anceps. Aliud vero genus & imperfectius/& altero eget. Nã primo cũ necesse sit utroq; in modo præsupponi ad quem sitũ duorum locorum distantia vergat (non enim solũ scire oportet quãtum hic locus ab illo distet: sed versus quã cœli plagam:hoc est an ad septentrionẽ/seu ut ita loquamnr ad solis ortum: aut alias particulares inclinationes) impossibile est hoc considerare diligẽtius absq; dictorũ instrumentorum ope. Ex ipsis enim omni in loco/ omniq; tempore facile inueniri potest linea meridiani:perq; hanc distantiarum peragratarũ noticia. Deinde hoc etiã dato:dimensio quę fit ex numero stadiorum/ nobis certã noticiã haud pręebet. ob itinera:quæ raro recta sunt: diuersiõibus multis terra mariq; ita actis/ut opus sit ex terrestri itinere secundũ qualitatem & quãtitatem distantiarũ obliquarũ id quod rectũ iter excedit coniectare : atq; e stadiorũ summa minuere ut recta via inueniatur. Quod etiam in nauigationibus ea ex causa contingit: & ex ventorũ pariter flatu per totũ iter cũ æqualitate minime seruato. Præterea & si eorum locorum distantia diligenter habita est:non tamen habetur ratio ad totum terræ ambitum: neq; captatur situs eiusdẽ ad ęquinoctialem circulũ/vel ad polorũ situm. Distãtia autem quę ex obseruatione superiorꝵ acquiriẽ horꝵ quodlibet diligenter ostendit. Præterea quãtas circumferentias vicissim circuli/paralleli/ meridianiq; qui per loca ipsa sunt descripti ĩtercipiũt: hoc est/quales circumferentias in meridionalibus paralleli & æquinoctialis intercipiunt : quales ue in parallelis/& in æquinoctiali meridionales. Deinde docetur quotam partem occupent ipsa duo loca circumferentiæ maximi circuli / qui per eadẽ in terra cirumscribitur. Quæ dimensio parta ex superioribus stadiorum numeratione non eget: habita ratione partium terrę ad totius descriptionis amb[itum]. Nam sat est/circulationem ipsius terræ suppone[re] tot esse partium quot libu[e]rit: & harꝵ totidem [...] contineri a distantiis pręnotatis in circulis ipsius terrę maximis. [S]ed ad diuidendum totũ terræ ambitum/aut ipsius partes in distantias nostris stadiorum dimensionibus notas / hæc æque

‡ sciothericis est figura pyramidis ex qua cum triangulus constans rectũ ãbientibus angulũ tribus angulis: quo meridianũ capimus.

non sufficit. Quare ob hoc solum necesse fuit quã dam rectam in terra distantiam alicui circumferẽtię maximi cuiusdam cœlestis circuli adaptare: & ex fixis habita huius proportiõe ad totũ circulũ: ac percæpto numero stadiorum ipsius partis/ seu datę in terra distantię/ poterimus totius orbis ambitum per stadia metiri. Cõcessum enim cũ sit ex mathematicis demonstrationibus: totius terrę & aquę superficiem ad totum sphęricã esse: & idem centrũ cum sphęra cœlestium habere: & ꝙ plana quælibet quæ per centrũ emittitur/ in cõmunibus sui & ipsarum cœli terręq; superficierum sectionibus maximos circulos faciunt: ꝙq; eorundẽ planorum anguli qui circa centrũ sunt/ circũferentias circulorum ipsorum interceptas eiusdem unius rationis efficiunt: sequitur distantiarum quas in terra suscipimus quantitatẽ quippe stadiorꝫ (si distãtię rectæ sint) ex dimẽsionibus posse percipi: rationem vero ab eisdem stadijs ad totum terrę ambitum minime inueniri. quia nulla ad totum proportio hinc dari potest. A simili autẽ circũferentia cœlestis circuli datur. Nam cœlestis circũferentię ratio in propria totius terrę circulatione captã: eademq; ratio est similis portionis in circulo terræ/ quę ad maximum ipsius circulum.

Quomodo ex stadiorꝫ dimensione cuiuscunq; rectę distantię/ licet nõ sit sub eodem meridiano/ mensura ambitus terrę sit percipienda: & contra. CAP. III.

p Riores non tm̃ rectam quęrebant distãtiam in terra ut circumferentiam maximi circuli captarent: sed eam quę situ teneret in plano sub uno ipso meridiano. Vnde per instrumẽta quę diximus/ obseruãtes puncta quæ supra verticem erant utriusq; finis distantię datę: ex his signis per interceptam meridiani circumferentiam/ sub æqua proportione distantiam in terra notatam habebant. Nam ut dictũ est: signa pręfata in uno plano assumebantur: & lineę transeuntes per extrema distãtię/ ad puncta quę supra verticem erant necessario concurrebant: & huius coincidẽtię punctus cõe circulorꝫ ipsorũ erat centrũ. Quota ergo pars circuli per polos descripti videbatur intercæpta ab utroq; puncto supra verticẽ assumpto: totam esse cõstabat circumferentiã ad totum terrę ambitum. Sed si huiusmodi distantia non est sub circulo ꝑ polos descripto/ sed sub alio quolibet maximorꝫ: idem ostendi potest: obseruatis pari modo eleuationibus poli in terminis ipsius distantiæ: & animaduerso simul situ quem habet ipsa distantia ad alterũ meridionalium. Quæ plane demonstrauimus nos per instrumentũ meteoroscopium. quod ad obseruationem umbrarꝫ struximus: quo multa etiam alia expedite captãus utilissima. Nam unoquoq; die nocteq;/ vel pro loco obseruamus borei poli eleuationẽ: singulis vero horis positionem meridianam: ad ipsamq; trãsitus habemus distantie datę: huiusq; dimensionẽ hoc est quales facit angulos maximus circulus descriptus per lineam distantię cum circulo meridiano iuxta punctum qui supra verticem est. Ex quibus & quęsitam circumferẽtiam [illegible] instrumen[illegible] ostendimus: & [illegible]cumferentiam ęquinoctial[illegible] a duobus meri[illegible]is interceptam: [illegible] paralleli alij sint ꝙ æquinoctia[illegible] Vnde iuxta demo[illegible]rationem hãc si metiem[illegible]iam solam rectamq; [illegible]

terra distantiam: numerus stadiorum totius ambitus terrę inueniri potest. Perq; autem hoc reliquũ est: ut & omnium cęterarum distantiarum dimensio (licet rectæ omnino non sint: neq; ab eodẽ meridiano aut parallelo percipiatur) eleuatione poli/ & inclinatione distantiæ ad meridianum diligenter seruata: contra enim per rationem circumferẽtię ad maximum circulum stadiorum numerus facile haberi potest/ a cognita circulatione totius terræ.

Q ꝫ obseruata ex superioribus pręponẽda sunt noticię ꝑagrantiũ. CAP. IIII

h Is igitur sic habitis: qui regiones sigillatim circumbulauere/ si huiusmodi obseruationibus usi fuissent: omnino certam descriptiõem nostrę habitabilis facere potuissent. Sed cũ solus Hipparcus paucarum admodũ ciuitatum/ pro earum copia quæ in Geographia notãtur/ eleuationes poli arctici nobis tradiderit: ac loca perpauca sub eisdẽ sita parallelis notauerit. Aliqui vero post ipsum quędam retulerint locorꝫ oppositorum: non tamẽ quę ęqualiter distarẽt ab æquinoctiali/ sed simpliciter sub eisdem sita meridianis: id sumentes ex nauigationibus vel borea vel austro secundo factis: ꝙplures autẽ distantiarum pręsertim quę ad ortum solis/ siue ad occasum vergerent: conceptæ fuerint ex generali quadam traditione/ non ex auctorũ ipsorũ ignauia: sed quod nondum diligẽtioris mathematicę usus foret. Pręterea quia non multi defectus lunares in eodẽ tẽpore diuersis in locis tũ obseruati fuerant. quẽadmodum eclipsis illa quę in Arbelis sub hora quinta/ in Carthagine vero sub secunda notata fuit. ex quibus videri posset: quot horis æquinoctialibus seu quot temporũ spacijs loca inter sese distarent ad ortum solis/ vel ad occasum. Aequũ quoq; est descripturꝫ Geographiam/ quę nouerit diligentiori obseruatione notata/ tanq; operis sui fundamẽta pręponere: alia autem a cęteris tradita his adaptare: quousq; ipsorꝫ inuicem situs ꝙ maxime fieri possit cum primis traditionibus certiores inueniantur.

Q ꝫ recentioribus historijs credendum magis sit: ob mutationes quæ diuersis temporibus in orbe contigũt. CAP. V

i Nitium nostrę descriptionis his pręlibatis sic ęque haberi poterit. Sed cum loca omnia/ quæ aut ob infinitam eorꝫ magnitudinem/ aut quia non semper eodem modo se habent/ nõ omnino satis explorata sunt: & diuturnius tempus eorum noticiam semper certiorẽ faciat: circaq; Geographiam hoc animaduertendum videtur. Cũ concessum sit ex traditionibus vario in tempore ęditis: non unas nostri continentis partes/ ob excessum suę magnitudinis/ nondũ ad nostram peruenisse noticiam. aliquas vero nõ quemadmodũ sese habent/ ob peragrantiũ negligentiam nobis minus diligenter traditas. alias autem esse quæ nunc aliter ꝙ hactenus sese habent: siue ob corruptiones/ siue ob mutationes: in quibus pro parte corruisse cognitæ sunt. Necesse nobis fit/ ad nouas temporis nostri traditiones magis intendere: librando tamen in expositione illorum quæ nunc tractantur/ & in selectione eorum quę hactenus tradita fuerint: quid sit/ quidue non sit credendum.

De editione Geographiæ Marini.

CAP. VI.

m Arinus igitur tyrius/tempestatis nostrę Geographorum postremus/summo videtur studio huic materię se ītulisse. Nā plura explorauisse cognoscitur pręter ea quę hac-tenus nota fuerant. Deinde omnium ferme historicorum qui eum pręuenerant noticia diligentissime habita: nō tm̄ quęcunqꝫ ab alijs errata fuerant emendauit/sed etiam illa quæ ipse idem male tractauerat. quemadmodum in editionibus pictę suæ Geographię/quę q̄ multa elimat licet animaduertere. Sed si īspiceremus/ ultimo eius operi nihil deesse: satis & nobis foret: ex istis eius tm̄ cōmenta-rijs absqꝫ aliorꝝ vestigatione habitabilem nostrā describere. Verum cū ipse videatur quibusdā ani-maduersione haud satis fidedigna assentiri. Præ-terea circa modum designationis noscatur sępius neqꝫ opportune facilitatis debitam curam agere: nō indigne moti sumus: uti ad rationē usumqꝫ putauimus fore commodius: operi conferre & viro. Quod quippe absqꝫ verborum insolentia q̄ ma-xime id fieri potīt efficere conabimur: utrunqꝫ er-roris genus attingentes breuiter uti ratio ipsa dictabit. Primūqꝫ id quod ad historiā attinet quæra-mus: ex qua opinatur ipse ad maiorem longitudinem versus ortum solis: ac ad maiorē latitudinem in meridiem quā fas sit terram nobis notam pro-duci. Non autem iniquius superficiei distantiam tendentem ab occasu ad ortum solis longitudinē appellamus: atqꝫ distantiam a septentrione in meridiem latitudinem: cū in motibus cœlestibus pa-rallelos similiter nuncupemus. Pręterea ꝙ q̄ ma-xime maiorem distantiam lōgitudinem dicimus. Plane qnidem concessum est ab omnibus: distantiam nostræ habitabilis quę ab ortu solis in occa-sum extenditur/multo maiorem ea esse quæ a septentrione in meridiem vergit.

Emendatio latitudinis Marini.

CAP. VII.

p Rimum igitur latitudinis terminum ponit & ipse Tilen insulā sub parallelo qui plagam maxime septentrionalem terræ nobis notę diuidit. quem parallelū ostendit q̄ potest clare / ab æquinoctiali distare sexaginta & tribus gradibus: qualiū est meridianus circulus tre-centorum & sexaginta. Eam autem latitudinē notat trigtīa & uno milibus ac quingētis stadijs: velut gradus quilibet ex quingētis stadijs proponē-dus constet. Post hæc regionem Aethiopum Agisymbam nomine/& Prasum promontorium po-nit sub parallelo qui plagam maxime australē nobis cognitam finit: quem parallelum sub hyemali tropico sistit. Quare omnis latitudo inter ęquinoctialem & tropicum hyemalē/ac inter Tilen & eūdem æquinoctialē in unum coacta: gradus fere septem & octoginta complet: stadia vero quadra-ginta & tria milia ac quingenta. Conatur autē ra-tionem australis finis ostēdere per obseruationes quasdam fixarum/ut ipse putat: & per itinera quędam terra mariqꝫ facta: quorum quodlibet attin-gemus breuiter. De obseruatione quidem fixarū in tertio operis sui volumīe sub his verbis memorat. Zodiacus super torridā çonam totus fertur: exquo in ipsa umbrę mutantur: & omnes fixę oriuntur & occidunt. Sola autem minor ursa incipit

supra horiçontem tota videri in ocelis plaga sep-tentrionali stadijs quinqꝫ milibus & quingentis. Parallelus enim per ocelen gradibus undecim & duobus quintis eleuatur. Ab Hipparco autem traditur: minoris ursæ stellā/ quę australior in ea est: quæue ultima in eiusdem cauda notatur: a polo distare gradibus duodecim & duobus quītis: ac ab æquinoctiali profectis ad tropicum ęstiualem polum arcticum continuo ferri supra horiçontē: au-stralem vero magis demergi. Præterea his qui ab ęquinoctiali ad tropicum hyemis pergunt/ australem polum supra horiçontem eleuari: septentrio-nalem vero deprimi. Vnde per hæc euentus sub æquinoctiali/aut inter geminos tropicos solū narrat. Qꝫ autem aliqua noticia per obseruationē fixarum vere habita fuerit in locis magis australibus q̄ circulus æquinoctialis/ minime tradit. Veluti si alicubi stellas australiores q̄ æquinoctialis supra verticem poneręt: seu si meridionales umbras in æquinonoctijs ad austrum declinare diceret: aut si oēs stellas minoris ursę oriri aut occidere ostenderet: seu ipsarum aliquas non omnino videri au-strali polo supra horiçontem elato. Per ea autem quæ deinde tradit quasdam narrat fixas obserua-tas fuisse: quæ tamen mentem suam omnino non asserunt. Inquit enim eos qui ab Indis ad Limyri-cam nauigant (ut Diodorus samius narrat in ter-tio) taurum in altiori eius loco ad medium cœlum habere: & pleiadem ad medium autennarū. Qui autem soluunt ab Arabia ad Açaniā: recta ad meridiem nauigant: & aduersus canobum stellā qui illic ἵπποσ/ hoc est equus appellatur: & longe au-stralis est. Stellæ autē quę illic videntur/apud nos haud nominantur. & canis prius q̄ procyon ori-tur: ac orion totus ante punctum ubi sol ad tropicum æstiuum vertitur lucet. Ex his ergo stellarū obseruatiōibus quasdam habitationes manifeste ostendit magis septentrionales q̄ æquinoctialis. veluti cū dicit taurum & pleiadem fieri supra verticem nauigantibus. hæ enim stellæ magis septentrionales sunt q̄ æquinoctialis. Quibusdam autē australes magis q̄ septētrionales ostendit. Nam canobus etiam videri potest a longe magis septē-trionalibus/q̄ sit tropicus æstiuus: pluresqꝫ ex fi-xis: quæ apud nos semper latent in locis magis q̄ nos australibus / ac magis etiam septētrionalibus q̄ æquinoctialis: ut circa situm Meroes supra ho-riçontem videri possunt quemadmodum ipse canobus. Hic supra terram eleuat̄: minimeqꝫ ab his videtur qui magis q̄ nos septentrionales existūt. Hunç quippe qui ad meridiem magis tendunt ἵππου/hoc est equum appellāt: nec hoc nomine alia dicitur stella ex nobis incognitis. Deinde infert se etiam ex mathematicis demonstrationibus percępisse: ꝙ orion totus apparet ante tropicum æsti-uum his qui sub æquinoctiali habitāt. apud quos etiā canis prior q̄ procyon oriri incipit. quod us-qꝫ ad Syenem seruatur. Ex quibus etiam obseruationibus nihil proprium/aut necessariū esse vide-tur/ ꝙ habitationum situs magis australes sint q̄ circulus æquinoctialis.

Eadem emendatio ab itinerum peragrationibus.

CAP. VIII.

i N peragrationibus autem cōputans itinerum dies sigiilatim a magna Lepti ad Agisymbam regionē/hanc vigintiquat

tuor milibus ac sexcētis & octuaginta stadijs magis australem ꝗ æquinoctialem ostendit. Nauigando vero dies solutionis a Ptolemaide/quę est in troglodytica regione ad Prasum promontorium colligens: concludit hoc esse australius æquinoctiali stadijs viginti & septē milibus ac octingentis. Vnde infertur: Prasum promontorium & Agisymbam regionem æthiopum(quę etiam vt ipse fatetur ab australi plaga nō terminat æthiopiam) in frigida zona oppositi nostri orbis iuxta eiusdem viri rationem sitam esse. Nam viginti & septem milia stadiorum & octingenta in meridiano constituunt gradus quinquaginta & quinq; cum triplici quinta: quot gradibus ex altera ęquinoctialis parte iuxta easdem cęli qualitates Scythiæ secedunt & Sarmatæ: qui septētrionalia paludis Męotidis incolūt. Reducit igitur & ipse numerum stadiorum ad dimidium minus ue: hoc est ad stadia duodecim milia: quot hyemalis tropicus ferme distat ab æquinoctiali. Causas huiusce sectionis esse tradit/diuersiones ac inæqualitatē itinerum: missis his rationibus ex qbus non tm̄ corripere necesse videatur / sed etiam numerum ad medietatem optatam redigere. Primum enim in peragrationum narratiōe refert: Septimium flaccum/qui in Libya militauerat/ a Garamātibus ad æthiopas trium mensium spacio peruenisse versus meridiem iter agentem: Iulium vero Maternum a magna Lepti & a Garame/ una cum rege Garamantum/ qui æthiopibus bellum indixerat: inquit, versus meridiem semꝑ profectum in quattuor mēsibus venisse ad Agisymbam æthiopum regem: quo scilicet in loco Rhinocerotes conueniunt. Horū vtrunq; ex seipso incredibile est. partim ꝙ æthiopes nō adeo a garamantibus absunt/ ut spacium trium mensium requiratur: cum garamantes ipsi maxime æthiopes sint: & sub eodem regantur imperio. partim quia ridiculum est regē per subditas sibi ꝓuincias recta a septentrione ad meridiem iter egisse: & cū versus solis ortum ad occasum gentes illæ longissimis effundantur spacijs: ꝙ nec vbi moras oeta intercapedine dignas traxerit. Ex qbus non ab ratione est: viros aut hyperbolice locutos fuisse: aut sic ad meridiem intellexisse quemadmodum vulgo dici solet/ad austrū vel ad motū: hisq; abusos magis ꝗ diligentię veritatis innixos.

Eadem emendatio a nauigationibus.

CAP. V I I I.

Deinde nauigationes inducens inter Aromata & Rapta refert quendam Diogenem ex his vnum qui Indiam migrauerant: cum diuertisset/ & profecturus iuxta Aromata esset: ab arctico borea impulsum fuisse: eumq; ad dexteram troglodyticam habere regionem: viginti & quinq; diebus ad paludes: unde Nilus fluit penetrauisse: quibus Raptum promōtorium paulo ad austrum magis extēditur. Theophilum etiam narrat unum ex his qui in Azaniam soluerant: a Raptis impulsu austri vigesima die ad Aromata venisse. Horum uterq; quot dierū ea nauigatio foret non expressit. Theophilus quidem ut inquit die vigesima applicuit: Diogenes vero vigesima quinta die iuxta troglodyticā nauigauit. Vterq; enim licet retulerit quot diebus nauigauerint: non tamen aperuit quot dierum ea esset nauigatio ob ventorum varietatem atq; mutationem/quam fas fuit in tanto tempore fuisse. Pręterea neq; ad septentrionem/neq; ad austrum continuo se nauigasse inquiunt: sed ait Diogenes se tm̄ ab arctico impulsum borea: Theophilus vero se nauigasse per austrum. Reliquam autem nauigationem ꝙ eandem æqualitatem continuo seruasset neuter rettulit. Non enim credendum est tam multis diebus eundem flatus tenorem fuisse seruatum. Vnde cum Diogenes ab Aromatibus ad paludes quibus Raptorum promontoriū paulo australius est/vigesima & quinta die nauigauerit: & Theophilus a Raptis ad Aromata/quæ distantia maior est/die vigesima pertransierit. Pręterea asserente Theophilo unius diei naturalis nauigationē si secunda fiat/ mille stadiorum esse: tamen inquit nauigationem a Raptis ad Prasum promontorium/quę multorum dierum est/a Dioscoro quinq; milium stadiorum tantūmodo poni. Nam facilime inquit: ut decet/ sub æquinoctiali variantur venti: pręterea accessus iuxta æquinoctialem ex vtraq; solis parte perniciores sunt. Ex his igitur æquius erat numero dierum non assentiri. Pręterea quod efficacius est: ꝙ computatio facta/ęthiopas & Rhinocerotum conuentum in frigidam alteram zonam oppositæ habitabilis terræ extēdit. Ratio enim ipsa asserit: omnia animalia/omnesq; plantas æque similitudinē unam trahere sub vna cœli qualitate/aut aeris tēperie: hoc est sub eisdem parallelis aut sitibus æqualiter ab vtroq; polo distātibus iuxta proportionē unam omnium ęqualitatem esse. Quare Marinus iuxta hyemalem tropicum latitudinem perstrinxit/ nulla prębita ratione tantæ contractionis: si admittat quis dierum numerum & peragrationum nauigationumq; seriem quam ipse exprimit. Sed hoc animaduertens ille / numerum tantūmodo diurnorum stadiorum minuit: idq; pręter modum & cōsuetudinem agit: quousq; ad optatum & opportunum parallelum deueniatur. Agendum autem contra fuit. Nam diurnę quidem peragrationi/eidemq; possibili facile fuit credendum: æqualitati vero itinerum seu nauigationum/ aut ꝙ per lineam rectā omnino itum fuerit assentiri minime decuit: cum ex his distātia quęsita non posset haberi: sed nouisse fas fuit: ꝙ eadē latitudo ultra æquinoctialem protenderetur. Sed hoc ipsum ex certiori modo/ obseruatione scilicet quorūdam superiorum cognoscere erat æquius. Quod continuo diligentissime explorasset quis/ si ex mathematicis plane cōsiderauisset quę in illis regionibus accidunt. Cum vero animaduersio hęc haud habita fuerit: relinquitur ut quod magis ratio dictat: simplicius quantitatem distantiæ quæ æquinoctialem egreditur animaduertamus. habetur autē id per genera atq; formas/ coloresq; animātium ibi degentium. Ex quo non videtur consequens esse: parallelum Agisymbæ regionis quā liquet æthiopum esse: usq; tropicū hyemalem attingere: sed circa æquinoctialem terminari. Non enim apud nos in locis illi oppositis/hoc est sub æstiuo tropico colores habentur æthiopum: neq; Rhinocerotes aut Elephantes sunt: sed in locis non multo australibus modice migrent. Quemadmodum qui intra Syenem triginta schœnis habitant(græcus habet τριάκοντα σχοινόμ) schęnus autem. 2000.

passuum complectitur) quales ob eãdem causam Marinus ipse describit esse Garamãtas: quos nec in ipso æstiuali tropico/ nec magis eodẽ tropico septẽtrionales/sed longe australiores esse tradit. In locis autem circa Meroem abũde sunt nigri: & primum puri AEthiopes. ubi & elephantum & monstrosorum animantium genus alitur.

Q non ponendi AEthiopes sunt magis australes ꝙ parallelus oppositus parallelo per Meroem.

CAP. X.

q Vare hucusq̧ actum bene uideri poterit: hoc est quousq̧ tradito illuc nauigãtium narrat æthiopes/Agisymbam regionem & Prasum promontorium/ ceteraq̧ quę in eodem parallelo sunt sita in opposito per Meroem parallelo describit. Id autẽ erit in situ distanti ab æquinoctiali versus meridiem gradibus pariter sexdecim ac tertia & duodecima: stadijs vero octo milibus ac ducentis ferme. quo pacto tota eiusdem habitabilis latitudo pene colligit̃ graduum septuaginta & nouem ac tertiæ & duodecimæ/ vel ad summum octoginta: stadiorum vero quadraginta milium. Distantia quippe inter magnam Leptem & Garamam: quemadmodũ Flaccus atq̧ Manternus tradiderũt: stadiorum ponitur quinq̧ milium pariter ac quadringentorum. Vigesima namq̧ dies secũda profectio est emendata post primũ iter: ut tota ad meridiem/ uel ad septẽtrionem directa sit: cum primum iter obflexiones dierum triginta fuerit. Numerum autẽ stadiorum cuiusq̧ diei eos exposuisse memorat/ qui ad id iter sępius peragrauerũt. Quod non tm̃ pulchre/sed necessario animaduersum est:ob aquandi diuersiones. Quemadmodum autem de raris/ magnis ac nondum recte exploratis distantijs dubitandũ est:sic illis quæ nec magnæ/nec raræ/ sed sępius a multis peragratæ sunt credi fas est.

Quę de longitudine a Marino non necessario tradita sunt.

CAP. XI.

a D quantum igitur spacium situs nostræ habitabilis congrue extendi in latitudinem possit ex his nobis manifestum est: Longitudinem vero Marinus inter duos meridianos notat/quindecim horarum spacia continentes. Nobis autem videtur: distantiam versus solis ortum plusq̧ deceat extendi: quę si contrahat̃ iuxta fas debitum/ non integra duarum horarũ spacia cõstituere posse videbitur: cum in ultimo occidentis termino similiter ponantur insulę fortunatæ. Plagã vero maxime orientalem Seres/Sinæq̧ atq̧ Cattigararũ terminẽt. Distãtiã enim ab insulis fortunatis ad transitum Euphratis per Hierapolim/sub parallelo per Rhodum similiter seruamus & nos: cum numero stadiorum ab ipso sigillatim exposito partim ob freq̃ntem itineris usum: partim quia in maioribus distantijs videt̃ & ipse recte collegisse id quod ex flexionibus & inęqualitatibus itinerum emendandum fuerat. Deinde etiam qui ponit gradum unum/ qualium est circulus maximus trecentorum & sexaginta: in superficie terræ quingenta stadia intercipere: quod ex notis certisq̧ dimẽsionibus liquet: similem autem circumferentiam rhodiensis paralleli/ hoc est distantis ab æquinoctiali triginta & sex gradibus quadringentorum ferme stadiorum esse exponit. Quod enim in eis æqualitatẽ rectam excedit secundũ rationẽ parallelorum: ex paucitate sua pinguiori donatur computo. Distantiã vero quæ ab ipso transitu Euphratis usq̧ ad turrim lapideam comprænhenditur: inquit ipse schœnorum octingentorum ac septuaginta & sex esse: stadiorũ vero viginti & sex milium ac ducentorum & octuaginta. Deinde a turri lapidea usq̧ ad Seras metropolim serum iter esse dicit septimestre: stadiorum autem triginta & sex milium ac ducentorum. Verum ut ambas distantias ad eundem parallelum redigamus: iuxta æquam cõtractionem utramq̧ emendemus. In ambabus quippe peragratiõibus non videtur ipse diminuisse quod ex enormitate circumflexionum superest. Pręterea & in secũdo etiam itinere/in easdem videtur incidisse fallacias in quibus a Garamãtibus ad Agisymbam lapsus est. Ibi enim computato stadiorum numero per menses quattuor: coactus est eum plusq̧ ad medium restringere. Possibile quippe non fuerat per tot dierum spacia iter semp̃ uniforme fuisse: quod in septimestri peragratione etiam contigisse haud absurdum est. immo magis consonum ꝙ in itinere Garamantum. Illud enim iter a rege prouinciæ actum est cum non parua sicut decuit diligentia: deinde sub cœlo omnino sereno. Peragratio autẽ a turri lapidea ad Seras validiores suscipit hyemes. Subiacet namq̧ ut ipse ponit parallelis per Byzantium Hellespontumq̧. Ex quibus dilationes multas in itinere ipõ fieri necesse fuit: cum etiam eius profectionis causa negociatio esset. Refert enim Maen virum macedonem/ qui & Titianus dicebatur: patre & ipso negociatore genitũ: huiusce itineris dimensionẽ notauisse. non ꝙ ipse ad Seras perrexerit/ sed eo aliquem destinauerit. Sed negociatorum relatibus & ipse haud assentiri videtur. Vnde Philemoni non annuit: qui lõgitudinem Iberniæ insulæ ab ortu solis ad occasum viginti dierum exponit. Memoriæ enim ipsum a negociatoribus eam percepisse: quos negligẽtiores veritatis esse scribit circa ipsorum commercia occupatos. Eosdẽ etiam ipse iuquit sępius ex inani quadam ambitione distantias maxime augere. Hic autem in septimestri profectione nihil memoratu dignũ retulisse eos qui id iter dimensi fuerint/ pro magnitudine temporis monstrum est.

Emendatio longitudinis nostrę habitabilis a peragrationibus.

CAP. XII.

q Vam ob causam & quoniã id iter sub uno solo parallelo non est: sed lapidea turris circa Byzantij parallelũ/ & Seres australes magis sunt ꝙ parallelus per Hellespontum: ęquum videtur multitudinem stadiorum ex septimestri collectorũ: hoc est triginta & sex milium ac ducentorum nõ ad minus ꝙ ad medium secare: sed ꝓ expeditiori intellectu ad solam medietatem. Vt computari possit data distantia stadiorum d[illegible]em & octo milium atq̧ centum: graduum vero quinq̧ & quadraginta cum quarta. Etenim præter rationem est & omnino absurdũ: in utraq̧ hac peragratiõe tantæ sectioni nõ assen

tiri: ac in itinere Garamantum eandem cōtractio-
nem concedere. ꝙ in promptu ratio est: differētia
scilicet animantium degentium in Agisymba re-
gione: quæ nequaqꝫ possunt prętter naturalia sibi
loca traduci: a turri vero lapidea ad Seras id pari
modo non acceptare: ꝙ eadē ratio illic adduci ne-
queat: sed per totam distantiam siue minor ea sit/
seu amplior: similis ipius aeris qualitas & impres-
sio sit. Quemadmodū si quis quia in furto depre-
hendi nequeat iusticiā negligat: contra ipsius phi
losophiæ documenta. Vnde primam distantiam/
quæ scilicet est ab Euphrate ad turrim lapideam:
octingentorum ac septuaginta & sex schœnorū/
ob itinerum flexiones ad octingētos tm̄ schœnos
cōtrahimus: stadia autem viginti & quattuor mi-
lia. Quod ita esse creditur: ob itineris particulares
dimensiones/ac regionum crebros aditus: quibus
id iter potitum est. Qꝫ autem diuerticula plura ha
beat: manifestum est ex his quæ Marinus ipse po
nit. Peragrationem enim a transitu Euphratis iu-
xta Hierapolim per Mesopotamiam ad Tigrum:
& hinc per Garamātas iter Assyriæ Medorumqꝫ
ad Ecbatana portasqꝫ caspias: pręterea Parthię ad
Hecatompylon fas est per parallelum Rhodi sus-
cipere. Hic enim circulus per dictas regiones scri-
bit. Viam vero ab Hecatompylo ad Hyrcaniam
ciuitatem: necesse est arcton declinare: Hyrcania ci
uitate in medio propemodum posita parallelorū
Smyrnæ & Hellesponti. Nam parallelus Smyr-
nę sub ipsa regione Hyrcaniæ designatur: Helles-
ponti vero per australes plagas pelagi hyrcani: q̄
parum magis septentrionales sunt ꝗ ipsa hyrca-
norum ciuitas a nomine regionis suæ appellata.
Deinde iter ab hac ad margianam Antiochiā per
Ariam primo ad meridiem respicit: cum Aria sub
eodem parallelo quo portę caspię sita sit. Post ad
arcton inclinat: cum Antiochia iuxta Hellesponti
parallelum sit posita: a qua aditus ad Bactra ver-
sus solis ortum extēditur. Ad ascensum post mon
tium Comedorum itur versus septētrionem. Via
pręterea quæ montana hęc egreditur/ac perducit
ad vallem quæ cāpestria excipit ad meridiem ten
dit: horum quippe montium septentrionalia & q̄
magis occidētalia sunt ubi ascensus est/ponit sub
parallelo Byzantij: quæ vero australia & ad ortū
solis vergunt/sub parallelo Hellesponti. Nā mon
tana ipsa tradit ad ortum solis palam quasi exten
sa ad austrum quodāmodo declinare. Inde quin-
quaginta schœnorū inquit ad lapideam usqꝫ tur-
rim ad arcton æque vergere (Gręcus habet πεντε-
κοντα σχοινῶν.) Vallem enim egressos turris ut in-
quit lapidea excipit: a qua montes qui ad orientē
solem progrediuntur Imao coniungit: qui a Pa-
limbothris ad septentrionem protenditur. Simul
ergo collectis gradibus sexaginta: qui notati sunt
per viginti & quattuor milia stadiorum/cum gra
dibus quadraginta & quinqꝫ & quarta (tot enim
sunt a turri lapidea ad Seras) compręhenditur to-
ta distātia ab Euphrate ad Seras in parallelo Rho
diensi graduum centum & quinqꝫ cum quinta.
Colligūtur pręterea ex dimensionibus quas ipse
supponit sub eodem parallelo gradus alij/ ut dice
tur. Primo a meridionali notato per insulas fortu
natas usqꝫ ad sacrum Ispaniæ promontorium gra
dus duo & semis. Deinde ad Bętidis fluuij ostia/
post hęc a Bętide ad angusta Atlātici pelagi atqꝫ

Calpem similiter gradus duo & semis in unaqua-
qꝫ distantia. Hinc a pręfatis angustijs usqꝫ ad Ca-
rallem Sardiniæ gradus viginti & quinqꝫ. A Ca-
ralli autē ad Lilybęum Siciliæ quattuor & semis.
A Lilybæo ad Pachynū tres. moxqꝫ a Pachyno
ad Tęnarum Laconiæ decem. Inde ad Rhodum
octo cum quarta. A Rhodo ad Issum undecim cū
quarta. Dehinc ab Isso ad Euphraten duo & se-
mis. Colliguntur itaqꝫ totius huius distantiæ gra-
dus septuaginta & duo. Quare omnis longitudo
terræ nobis cognitę: hoc est a meridiano designa-
to: seu terminante ab ultimo occasu insulas Fortu
natas usqꝫ ad Seras/ graduum centum ac septua-
ginta & septem cum quarta adnotatur.

Eadem emendatio ex nauigationibus.
CAP. X I I I.

c Oniectare quis posset: tantumdem esse
lōgitudinis spacium etiam ex distantijs
quę a Marino tractantur nauigando ab
India usqꝫ ad sinum Sinarum: atqꝫ Cattigara. Sed
ꝗ maxime propius ratio habeatur sinuum ac in-
ęqualitatum nauigationum / situumqꝫ ipsarū re-
gionum. Post enim Colchorum sinum a promon
torio quod nuncupatur Cory/suscipi inquit sinū
Argaricum: constareqꝫ usqꝫ ad Curulim urbē sta
dijs tribus milibus ac quadraginta. Additqꝫ eam
ciuitatem sitam esse ex parte boreæ eiusdem Co-
ry promontorij. Colligi igitur posset ea transfre-
tatio tertia parte deducta iuxta normam Gange-
tici sinus stadiorum ferme duorum milium ac tri-
ginta: cum tota vētorum inęqualitate. Ex quibus
ut ad cōtinuum unumqꝫ cursum deueniatur/ ter-
tia etiam parte sublata: relinquentur stadia mille
ac trecenta/ & fere quinquaginta iuxta boreæ si-
tum. quo redacto ad situm æquinoctialis paralle-
li/ & ad ventum subsolanum deductione medie-
tatis: iuxta rationem anguli transsumpti: habebi-
mus distātiam interceptam a duobus meridianis:
hoc est ab eo qui per Cory promōtorium scribi-
tur/& ab illo qui per Curulim adnotatur/stadio-
rum sexcentorum ac septuaginta & quinqꝫ gra-
duum fere unius & parte tertia. horū enim situ-
um paralleli nulla memorabili nota a maximo cir
culo differunt. Deinde a Curuli urbe nauigatio-
nem inquit esse versus hyemalem solis ortum us-
qꝫ Paluros: constareqꝫ stadijs nouem milibus ac
quadringentis & quinquaginta. A quibus tertia
etiam parte dempta: ob ventorum cursuumqꝫ in-
ęqualitatem: habebimus ad unum cōtinuum mo-
tum ad Eurum fere directum distantiam stadio-
rum pene sex milium ac trecentorū. A quibus se-
xtam partem deducentes: ut redigatur distantia
ad parallelum ęquinoctialem: inueniemus distan
tiam horum meridionalium stadiorum esse quin-
qꝫ milium ac ducentorum & quinquaginta: gra-
duum vero decem & semis. hinc gangeticum si-
num ponit decem & nouem milium stadiorum.
A Paluris quidem ad Sondam urbem quasi ver-
sus ortum solis ęquinoctialem/per eundem naui-
gando sinum: tradit tredecim milium stadiorum.
Et quoniam ad æquinoctialem ortum dirigitur
ferme cursus ex motuum inequalitate: tertia tm̄
pars ab eodem deducitur numero. Quo facto: re
linquetur ut eorum meridionaliū sit distantia sta-
diorum octo milium ac sexcentorum & septua-

ginta: graduum vero decem & septem cum tertia. Deinde nauigationem a Sanda ad urbem Tamala/facit stadiorum trium milium ac quingẽtorum aduersus hyemalem solis ortum. Pro inęqualitate autem cursus iterum partem tertiam deducentes/ habebimus in motu continuo stadia duo milia & trecenta ac triginta. Ob inclinationẽ vero ad Eurum/partem sextam inde sumentes: inueniemus distantiam expositorum meridionalium stadiorum mille ac noningentorum & quadraginta: graduum autem fere trium & semis cum tertia. Post hęc transitum a Tamala ad auream Chersonesum tradit stadiorum mille ac sexcentorum: etiam versus hyemalem ortum. Quare & ab hoc numero æque deductis similibus partibus / relinquetˀ meridionalium ipsorum distantia stadiorum octingentorum: graduum vero unius cum quattuor quintis partibus. Vnde colligi potest distantia a Cory promontorio ad auream Chersonesum graduum triginta & quattuor cum quattuor quintis partibus esse.

De nauigatione ab aurea Chersoneso ad Cattigara. CAP. XIIII.

n Vmerum stadiorum nauigatiõis ab aurea Chersoneso ad Cattigara Marinus non tradit. Alexandrum autem referre dicit terram hinc opponi meridiei: eosq̨ qui secus ipsius littora nauigãt/ intra viginti dies ad urbem Zabas peruenire. a Zabis autem in austrũ nauigando pręcipue lęuorsum intra dies aliquot Cattigara peruenire. Auget quidem distantiam ipse positam: intelligẽs dies aliquot pro pluribus. Inquit enim ob multitudinem eos numero minime comprehensos fuisse: quod ego ridiculum existimo. Quis enim dierum numerus infinitus est? etiam si totius orbis ambitus exprimendus sit. Quid Alexandrũ coegit: ut cum diceret aliquot/ intelligere plures? cum de Dioscoro dicat pluriũ dierum nauigationem a Raptis ad Prasum descripsisse. Aequũ quippe magis est: ut intelligat quis/ aliquot pro paucis: quo scilicet modo dici solitũ est. Sed ut non videamur & ipsi ad multitudinem quandam certam distantias coniectare: conferamus nauigationem ab aurea Chersoneso ad Cattigara/nauigationi factæ ab Aromatibus ad Prasum promontorium: positam scilicet viginti dierum ad Zabas: & aliquot aliorum ad Cattigara: & viginti similiter dierum a Rapta: iuxta Theophilum ac aliorum plurium: ad Prasum secũdum Dioscorum: ne quemadmodũ fœcit Marinus aliquot dies pro pluribus æque admittamus. Cum ergo & ex ratiõe manifesta/ & ab ipsorum etiam obseruatione superiorum ostenderimus: Prasum situm habere sub parallelo distanti contra meridiem ab ęquinoctiali gradibus sexdecim cum tertia parte ad duodecimam: & ab eodem æquinoctiali versus septẽtrionem parallelus per Aromata distet gradibus quattuor cũ quarta: colligitur distantiam ab Aromatibus ad Prasum constare gradibus viginti cũ duabus tertijs. Vnde non incongrue totidem graduum ab aurea Chersoneso ad Zabas/ & hinc ad Cattigara ponenda distantia est. Ab aurea autẽ Chersoneso ad Zabas corripere distantiam non oportet: quia perinde trãsigitur ac si sub æquinoctiali circulo sita foret. cum ea quæ interiacent loca meridiei opposita protendantur. Distantiã vero a Zabis ad Cattigara contrahere decet: cum nauigatio ea sit versus notum & plagam orientalem: ut situm ad normam ęquinoctialis habere possimus. Si ergo medietatẽ graduum tribuamus utriq̨ distantiæ propter ignotum excessum ipsius: deinde tertiam partem graduum qui sunt a Zabis ad Cattigara decẽm cum tertia demamus: ob inclinationem annotatam habebimus distãtiam ab aurea Chersoneso ad Cattigara æquatam situi æquinoctialis: graduum decem & septem ferme cum sexta. Ostensum est a Cory promõtorio usq̨ ad auream Chersonesum gradus esse triginta ac q̃ttuor/ cũ quattuor quintis. Vnde tota distantia a Cory usq̨ ad Cattigara graduum fere quinquaginta & duorum colligitur. Sed meridionalis q̃dem qui scribitur per principium Indi fluminis: paulo iuxta Marinũ est occidentalior promontorio septentrionali insulę Taprobanes/ quod Cory opponitˀ: & ab hoc distat meridionalis designatus per ostia Bętis fluuij horarum spacijs octo: gradibus vero centum ac viginti. Præterea meridianus huiusce Bętis a meridiano notato per insulas Fortunatas abest gradibus quinq̨. Vnde colligitur meridianum per Cory a meridiano ꝑ insulas Fortunatas descripto distare paulo plus centum ac viginti & quinq̨ gradibus. Meridianũ per Cattigara a meridiano earumdem insularum paulo etiam plus centum & septuaginta ac septem gradibus: iuxta eandẽ ferme distantiam graduum collectorum in parallelo rhodiensi. Sed ponatur lõgitudinem usq̨ metropolim Sinarum integrorum esse graduum centũ ac octoginta: horarum vero duodecim: cum fateantur omnes eam magis orientalem esse q̨ Cattigara. Colligitur ergo longitudinem per insulam Rhodũ stadioꝝ esse septuaginta & duoꝝ miliũ.

De his quæ in expositione particulari Marinus dissentit. CAP. XV.

d Istantias generales sic ergo cõtraximus: longitudinis scilicet in plagam orientalem: ac latitudinis in septentrionem (gręcus habet μεσημβρίαν) ex causis pręnotatis. Pręterea quarundam ciuitatum situs in locis pluribus emendandos existimauimus: ubi repugnantes & reprobas expositiões tradidit: iuxta diuersas annotationes & varijs & incertis sumptas editionibus: quemadmodum in locorum oppositionibus iniquius perceptis. Tarraconem etenim inquit opponi Cęsariæ: quæ Ioa appellatur: ac per hanc dicit meridianum duci: & per mõtes Pireneos: qui non pauco magis oriẽtales sunt q̨ Tarracon. Pachynum opponi magnæ Lepti etiam memoratˀ: Himeram Thęnis. A Pachyno vero ad Himerã distantiam esse colligit quadringentoꝝ stadioꝝ. A Lepte aũt ad Thęnas ultra mille ac q̃nquaginta stadia esse tradidit. ex q̃bus Thimosthenes asserit. Deĩde Tergestũ dicit opponi Rauenę. Ab interiori vero sinu adriatici maris q̃ iuxta Tilauentum fluuium est: distare inquit tergestum versus ęstiuũ solis ortum: stadijs quadringentis & octoginta. Rauennam vero versus hyemalem ortum stadijs mille. Similiter Chelidonæas refert oppo-

sitas esse Canobo: Achamanta Papho: Paphum Sbennito. Distantiam vero a Chelidoneis ad Achamāta ipse etiam ponit stadiorum mille. A Canobo ad Sbennitum/ a Timosthene ponitur ducentorū & nonaginta. Atqui si sub eisdem meridianis hęc distantia esset/ proculdubio maior esse deberet: quia subiacet circumferentiæ maioris paralleli. Deinde dicit Pisam a Rauenna distare versus notum stadijs septingentis: per partitionē vero climatum & horarum Pisam in tertia/ Rauennam autē in quarta hora describit. Londinio etiam britanię Neomagum cum retulerit australius quinquaginta & nouem milibus passuum/ inclinationibus occidentalibus (gręcus habet βορειοτέραν) id figit. Et Athos mons cū in parallelo p Hellespontum situs ab ipso esset/ Amphipolim & loca sibi circumstātia supra Atho & Strymonis fluuij ostia sita sub Hellespōto in quarto climate ponit. Similiter cum Thracia fere tota sub parallelo Byzantij locata sit: omnes ipsius urbes mediterraneas in climate quod supra eūdem parallelum est adnotat. Trapezuntem etiam dicit se locaturū in parallelo Byzantij. Deinde Satala Armeniæ ostēdens esse a Trapezunte versus meridiem sexaginta milibus passuum: in descriptione parallelorum Byzantij parallelum per Satala / non per Trapezuntem ducit. Nilum pręterea pollicetur ad unguem se descripturum: exquo primum a meridiana plaga ad septentrionem usq; Meroem descendisse videtur. Similiter & nauigationem ab Aromatibus ad lacus ex quibus defluit Nilus/ septentrionali vento fieri inquit: Aromata autem multo orientalia magis sunt q̄ Nilus. Ptolemais enim Thebarum magis orientalis est q̄ Meroe / & q̄ Nilus decem aut duodecim dierum profectione. Deinde angustiora quæ iuxta Ocelem/ Chersonesum & Direm sunt: magis orientalia esse constat Ptolemaide & sinu adulitico stadijs tribus milibus & quingentis. Pręterea etiam illis orientalius est magnorum Aromatum promontoriū stadiorum quinq; milibus.

Q̄ quędam pretermisit de regionum finibus. CAP. XVI.

Omisit ipse quędam in referendis regionum finibus, quemadmodum cum totā Mysiam a plaga orientali mari pontico terminat: Thraciam ab occasu Mysia superiori. Pręterea Italia a septētrione non Rhętia/aut Norico tm̄/sed Pannonia fuit. Pannonię autem fines a meridiana plaga ponit esse Dalmaticam tm̄: Italia omissa. Mediterraneos etiā Sogdianos: & Sacas a meridie Indis conterminos esse tradit. Qui duo autem paralleli magis septētrionales sunt q̄ mons Imaus: qui maxime tēdit ad arcton per Byzantium & Hellespontum, neq; per gentes prefatas ab ipso describuntur: sed pręcipue per mediū ipsum pontum.

In quibus etiam Marinus dissentit ab historijs nostri temporis. CAP. XVII.

His atq; huiuscemodi alijs non recte animaduertit Marinus: siue ob multitudinem distinctionecq; voluminum: siue qa ut ipse refert / ad postremam suam editionem tabulæ describendę nondum peruenerit: per quam ut inquit/ climatum & distantiarum horarū emendationem fecisset. Quędam deinde pręter hęc ponit quibus nostra temporum cognitio non consentit. quemadmodum de sinu Sachalitis: quē tradit situm esse a parte occidentali Syagri promontorij. Omnes autem unanimiter qui per ea nauigant loca: plane fatentur eum ab occidentali parte Syagri esse: & Sachalitem regionē dicunt Arabię: & ab ea sinum denominatum. Semylla etiam Indorum emporium tradit nōn solum magis occidentalem esse q̄ Cumarum promōtorium: sed q̄ Indus amnis. Id autem tātū australius (gręcus habet μεσημβρινώτερον) perhibetur q̄ ipsius fluminis ora. ut ab his fertur qui hinc eo nauigauerunt: plurimumq; ea explorauerunt loca: & ab his qui illinc ad nos peruenere. Vocatur autem id Timula ab indigenis: a qbus plura alia circa Indiam eiusq; prouincias particularius didicimus. Præterea interius multa hausimus: & ab hac scilicet prouincia usq; auream Chersonesum/ & hinc usq; Cattigara. Nouimus etiam: q illuc transfretantium cursus ad solis ortum est: indeq; redeuntiū ad occasum. Referunt etiam intractabile & iniquū nauigationum tēpus: q q ultra Sinas Serum regio est/ Seræq; metropolis. Deindeq; ea q̄ magis ad ortū vergunt incognita sunt. quæ stagna habentur paludosa: in quibus arundines adeo magnæ spissęq; fiunt/ q ex apprehēsu earū fiat transitus. q q non solum inde ad Bactrianam est iter per lapideam turrim / sed ad Indos per Palimbothra.

Quæ autem via est a Metropoli Sinarum ad portum Cattigara/ occasum respicit ac meridiem. Quare ea non incidit in meridianum per Seras atq; Cattigara ductum: ut a Marino traditur: sed in quibusdam magis orientalibus. Didicimus etiam a negociatoribus qui a fœlici Arabia ad Aromata nauigant/ ac Azaniam atq; Rapta: quæ omnia Barbariam ꝓprie nūcupant: nauigationem hanc non esse proprie ad meridiem: sed ad occasum atq; meridiem: transitum autem a Raptis ad Prasum ad ortum solis & meridiē. Stagna etiam a qbus Nilus defluit/non esse penes mare ipsum: sed interius per multum: ac seriem profectionis a littore Aromatum & a Copis ad Rapta promontorium aliā esse q̄ Marinus exposuerit. Pręterea nauigationem diei naturalis illic multorum stadiorum non colligi ex facili ventorū mutatione qui sub æquinoctiali sunt: sed circiter quadringentorum aut quingentorum stadiorū existere. Est autem sinum primum continuum Aromatibus in q̄ post vnius diei iter ab Aromatibus Panocomem esse/ ac Oponē emporium: distans a Panocome diebus sex. Post autem id emporiū alium tradunt excipi sinū/ Azaniæ origo: in cuius exordio Zingina esse promātorium: & Phalangida montem tribus insignem capitibus: vocariq; solū hunc sinum Apocopa: trāsitumq; habere duorum dierū naturaliū. Deinde post hūc suscipi aiunt id quod paruum littus dicitur: hocq; trium esse distantiarum. Post quod aliud quod magnū littus appellatur/quinq; distantiarum: qui ambo numeri nauigationem habere feruntur naturalium dierum quattuor. Coniungi autem istis aliū sinū narrant: in quo emporium est nomine Essina post duorū

dierum etiam naturalium traſitum. Poſtq̃ Sera⸗
pionis nauticam ſtationem ad unius diei nauiga⸗
tionem: hincq̃ incipi ſinum memorant qui ad Ra
pta ducit: tranſitum dierum habens trium etiam
naturalium. Ac in huius principio emporium eſſe
aiunt dictum Tonici. Inde iuxta Raptū promon⸗
torium fluuium eſſe memorant/Raptum appella
tum: & metropolim eodem nomine dictum non
procul a mari ipſo diſtantem. Sinum poſtea qui a
Raptis ad promontorium Praſum extēditur: qui
ue licet maximus ſit/non tamen vaſtæ altitudinis
eſt. circūhabitant barbari anthropophagi

De incommoditate qua Marinus uſus
eſt in deſignatione orbis. CAP.
X V I I I.

q Væ iuxta traditionem hiſtoriæ memo⸗
ratu quodā digna fuerint/ hucuſq̃ tra⸗
ctata ſint: ne forte quibuſdam videamur
ſcrupulū mouiſſe: minimeq̃ ſoluiſſe. Erunt quip⸗
pe nobis omnia per particularem ipſorum expo⸗
ſitionem nota. Reliquum eſt: ut quæ ad deſcripti⸗
onis ipſius rem pertinent animaduertamus. Du⸗
plex ergo cum forma ſit huius operis. Nam cum
primo ea ſit: quæ ſuperficie noſtræ habitabilis in
ſphærico ponit: deinde ea quæ in plano notatur:
unum ambobus cōmune eſt/facilitas ſcilicet ope⸗
ris: hoc eſt/ quomodo etiam abſq̃ exemplari pi⸗
cturæ ex ſolis commentarijs q̃ maxime fieri poſ⸗
ſit deſcriptio commoda/ habiliſq̃ in tabula fiat.
Sero enim a prioribus exemplaribus noua cōde⸗
re/per vitium paulatim conceptum ad diſſimilitu
dinem maximā duci ſolitum eſt. Sicq̃ modus qui
per cōmentaria captatur/forte non ſufficit ad cō⸗
dendam tabulam his quibus exemplar imaginis
deeſt: omnino impoſſibile fiet optato quodā po⸗
tiri. Id modo pluribus accidit in Marini ope. Non
enim ex ultima eius editione exemplari tabulę po
nuntur: ſed ex commentarijs eam exprimere co⸗
nantur: falluntur q̃ plane in pluribus: ob ineptam
operis illius formam atq̃ cōfuſionem: veluti cuili
bet rem experto intueri licet. Cum enim ex quoli
bet notatorum locorum neceſſe ſit ſitum longitu
dinis ſimul ac latitudinis habere: ut loca ubi opor
teat poſſint figi: in editione Marini id cōfeſtim in⸗
ueniri non poteſt. alibi enim latitudines ſolum di
uiſim tradit: ut res tulit in notatiōe parallelorum.
alibi tm̄ longitudines: ceu in deſcriptione meridi⸗
onalium: nihilq̃ amborum ſimul haberi cōmuni⸗
ter poteſt: ſed in his parallelos/in alijs meridiona
les inuenimus poſitos: ut habita vna poſitiōe de⸗
ſit altera. Sed cum per commentaria rem agimus:
neceſſe fiat vtrorumq̃ cognitionem ſimul habe⸗
ri: cum in omnibus aliquid ſemꝑ de altero ſitu ha
beri dicat. ſi ſigillatim in eo non perquiremus: quę
per totum opus de uno loco traduntur in multis
fallentur. quæ animaduerſione digna ſunt. Prete⸗
rea in ciuitatum poſitione ea facilius deſcribemus
quæ in littoribus ſitæ ſunt: quodam in ipſis ſerua
to ordine. In locatione vero earum quæ intra con
tinentem ſunt/nō idem obtingit: cum ipſarum ſi⸗
tus minime ſimul notatus ſit: prꝑter q̃ paucarum:
in quibus quodammodo contingit longitudinē
hic/& latitudinem ibidem prænotatam fuiſſe.

De commoditate noſtri operis in de⸗
ſignatione orbis. CAP.
X I X

u Nde nos laborē ſuſcipimus geminum.
Primum ut intentionem viri quam per
totum opus habuit teneamus: prꝑterq̃
in his quæ emendatiōe potita ſunt. Deinde vt ea
quæ eidem haud nota fuerunt: partim ob hiſtorię
noticiam haud habitam/ partim ob ſeriem diligē⸗
tiarum tabularum cōgrue q̃ maxime fieri poteſt
deſcribantur. Curam pręterea etiam adhibuimus
de commodiori uſu: in omībus regionibus ſtatu⸗
entes ipſarum limites: quos particulariter habeāt
ſitus in longitudine ac latitudine. Deinde de regi⸗
onum ipſarū gentibus nota dignis: quomodo in⸗
ter ſeſe locatæ ſint. De inſignioribus pręterea ur⸗
bibus/fluuijs/ſinibus/mōtibuſq̃: ac cæteris omī⸗
bus: quæ in tabula ipſa prębere poſſent diſtantias
animaduerſione quapiā dignas: hoc eſt/ quot gra
dibus(qualium eſt maximus circulus/ trecentum
& ſexaginta) diſtat in longitudine meridionalis ꝑ
locum deſcriptus a meridionali/ qui ultimum finē
occaſus terminat. Secundū vero latitudinē quan⸗
tum diſtat parallelus per ipſum deſcriptus locum
ab æquinoctiali in ipſo meridiano. Sic enim extē⸗
plo cognoſcere poterimus cuiuſlibet loci poſitio⸗
nem particulariter/ & ipſarꝝ regionū ſitus: quo⸗
modo inter ſeſe ad totum orbem locatæ ſint.

De inęqualitate dimenſionis tabulæ
Marini. CAP. X X.

d Eſcriptio autem vtraq̃ per ſe quoddam
proprium habet. Nam in ſphęra orbē
notari/ propriam figuræ ſimilitudinem
trahit: nec ad hoc artificioſo quodam eget opere.
Non tamen magnitudo facile captatur: quæ con⸗
tinere loca plurima poſſit eorum quæ neceſſe eſt
collocari. neq̃ prębere poteſt id opus: ut figuram
ſimul totam inſpiciamus: ſed e duobus alterū eo
oportet traducere/quo fertur intētio: hoc eſt: aut
oculum/ aut ſphęram. In plano autem nihil horū
impedimētorum eſt. Modus vero quidem requi⸗
ritur: ut ſimilitudo ad imaginem ſphęricam habe⸗
atur: ne diſtantię in plano conſtitutæ minus pro⸗
portionem ſeruent: ſed inter ſeſe æquatæ q̃ maxi
mę ſint in ſuperficie plana quemadmodum ſunt
in vera. Hoc Marinus non parui exiſtimans: reie⸗
ctis omnibus modis deſcriptionis in plano: tamē
& ipſe uſus eſſe videtur ea tabulæ forma quæ ma
xime dimenſiones iniquas faceret. Lineas enim q̃
pro circulis ſcribuntur parallelorum/ ac meridio⸗
nalium: rectas omnes inſtituit meridionales eti⸗
am inter ſeſe ipſas in modum rectorum parallelo⸗
rum inſcribens. Solum autem Rhodi parallelum
commenſurabilē ipſe ſeruauit cum meridiano: iu⸗
xta rationem fere ſeſquiquartā ſimilium circumfe⸗
rentiarum ſphęricarum maximi circuli ad paralle
lum diſtantem ab æquinoctiali gradibus triginta
& ſex. Aliorꝝ vero curam non habuit: neq̃ de ꝓ⸗
portione dimēſionum/ neq̃ de aſpectu ſphęrico.
Primo enim cōſtituto oculo in medio quartæ par
tis ſphęræ ſeptētrionalis/in qua plurima pars ha⸗
bitabilis terræ deſcribitur: meridionales quidem
poſſunt phantaſiam rectarum linearum habere:
quando ex circulatione quilibet nobis ex oppoſi⸗
to ſtatuatur: cadatq̃ planum eiuſdē vt oculus ſu⸗
pra verticē illi ſit. Hoc parallelis nihilominus non
contingit: propter eleuationē poli ſeptētrionalis.
ſed partes circulorꝝ clare demonſtrant curuatio⸗
nes ad meridianū verti. Deinde iuxta veritatē ac

phantasiam: cũ ijdem meridiani similes quidē/ sed inæquales cicumferentias in differentibus magnitudine parallelis intercipiant: & semper maiores sint quanto magis ad æquinoctialem accedunt: ipse tamen Marinus omnes æquales facit: spacia climatum magis septentrionalium q̃ parallelus per Rhodum ultra ęquum extendens: & alia quę eodem magis australia sunt plus ęquo diminuēs. Ex quo sequitur: distantias locorum minime adaptari posse stadiorum dimensionibus ab eodē expositis: sed eas quę sub æquinoctiali sunt maxime sua quīta parte deficere/ quota parallelis per Rhodum æquinoctiali minor est. Distantias autē quæ sub parallelo per Tilen sunt/ auget quattuor quintis: quota parte parallelus per Rhodum maior est parallelo per Tilen. Ferme enim qualiũ graduum æquinoctialis est cētum & quindecim: talium est circulus ab ęquinoctiali distans gradibus triginta & sex: & per Rhodũ descriptus nonaginta & trium. Circulus vero qui ab eodem æquinoctiali distat sexaginta & tribus gradibus: & per Tilen descriptus quinquaginta & duorum.

Quæ seruari oportet ad designationē orbis in plano. CAP. X X I.

p Ropterea actum bene erit: lineas quę p meridianis ponētur rectas seruare: quæ vero pro parallelis notabunī/ in circulorum arcubus scribere: unũ & idem centrum habētibus: a quo tanq̃ pro septentrionali polo supposito/ meridianorꝝ lineæ rectę ducendę sunt: ut pro cæteris similitudo iuxta formā ac aspectum sphęricæ superficiei seruetur. Manentibus deinde meridianis absq̃ declinatione ad parallelos: ac etiā ab eodem cōmuni polo exeuntibus: cũ nequaq̃ possibile sit per omnes parallelos proportionem quæ est in sphæra seruare: abunde erit eam in parallelo p Tilen & in æquinoctiali tenere: ut latera quæ latitudinem complectunī / sint veris lateribus ac naturalibus terræ coęquata. Parallelum vero per Rhodum/ in quo plurimæ probationes longitudinis distantiarum factæ sunt / notare oportebit iuxta proportionē pręclictam: quēadmodum Marinus retulit. hoc est/ secundũ sesquiquartam fere rationē circũferentiæ maximi circuli ad ipsum: ut longitudo nostrę habitabilis quæ magis nota est/ latitudini eius cōmensurabilis sit. Qua autē forma modoq̃ hæc tractabunī manifestũ deinceps erit: si quemadmodum opus est descriptionē in sphęra proferemus.

Quomodo habitabilis nostra in sphera designanda sit. CAP. X X I I.

e Ius magnitudinem intentio constituentis iuxta multitudinem locorꝝ designandorum discernere poterit: ut facilitas ac ambitio porrigit. Quāto enim maior instituetur: tanto locorũ descriptio copiosior elatiorq̃ perficietur. Quantacunq̃ tamen ea sit: eius sphærę polis assumptis cum diligentia / per ipsos semicirculum suspendemus: paucissime ita a sphęrica superficie distātē/ ut tm̄mō in ipsius circulatiōe nulla frictio fiat. Hic semicirculus strictus sit: ut p latitudinē loca plurima nō occupet. Habeatq̃ alterum latus directe per puncta polorꝝ extensum: ut p ipm meridianos inscribere possimus. Deinde idem latus diuidentes in centum ac octoginta particulas / signabimus numeros: & a media sectione quę æquinoctialem intersecat/ utriq̃ principium numerorꝝ faciemus. Similiter æquinoctiali descripto: alterũ ipsius semicirculum diuidentes in similes centum ac octoginta particulas/ principium numeri in eisdem sigillatim positi faciemus ab ultimo illo fine: per quem meridianum extremi occidentis habebimus. Deinde descriptionem incipiemus ab annotationibus graduum longitudinis & latitudinis q in cōmentarijs sunt: & iuxta locum quemlibet sigillatim in sphera scribemus: reperto principio in sectionibus semicirculorꝝ æquinoctialis & meridiani mobilis: ut præmittitur. Hunc quippe transferētes ad notatum longitudinis gradum: hoc est ad sectionem æquinoctialis: quę quæsitum numerum cōtinebit: & distantiā latitudinis ex ipsa meridiani diuisiōne sumētes: iuxta notatum utrunq̃ numerum locum sigemus. quemadmodũ in sphæra solida stellas figi solitum est. Meridianos similiter licebit nobis inscribere per quotcunq̃ longitudinis gradus placitum erit: utentibus ipso canone semicirculi pro linea. Præterea parallelos annotare licebit per distantias latitudinis: ponentes instrumentum quod eos inscribet in propria distantia: quam quæremus in meridiani numero. Deinde illud traducemus usq̃ ad ambos meridianos: qui totam habitabilem intercipiunt nostram.

Expositio meridianorum & parallelorꝝ in orbe designandorum. CAP. X X I I I.


h I quidem complectentur horarum spacia duodecim: iuxta ea quę ex habita demonstratione sequuntur. Scribetur aũt parallelus qui plagam magis australē ultimo terminabit: tantundem ab ęquinoctiali distans versus meridiem / quantũ ab eodem abest parallelus per Meroen versus septentrionem. Nobis tamen æquum visum est: meridianos scribere inter se distantes per tertiam partem unius horæ æquinoctialis: hoc est/ per particulas quinq̃ earum quæ in æquinoctiali circulo signatæ sunt. Parallelos autē magis septentrionales q̃ æquinoctialis ita notare libuit: ut primus parallelus distet ab eodē æquinoctiali quarta parte unius horæ: & ab eodem absit (ut geometricę rationes ingerũt) gradibus quattuor fere cum quarta parte. Secundum differre facimus ab ipso æquinoctiali per dimidium horæ: & ab eodē distare gradibus octo ac tertia & duodecima. Tertium hora dimidia & quarta: distantē gradibus duodecim & semis. Quartũ hora una: distantem gradibus sexdecim cum tertia ac duodecima: hicq̃ per Meroen descriptus est. Quintũ hora una & quarta differre: distantem gradibus viginti ac quarta fere. Sextum/ qui sub æstiuo tropico est/ hora una & semis differre: distantem gradibus viginti & tribus & semis/ ac tertia fere. Septimum hora una & semis ac quarta differre: distantem gradibus viginti & septem cum quinta. Octauum horis duabus differre: distantem gradibus triginta cum tertia. Nonum horis duabus/ cum quarta differre: distantem gradibus triginta & tribus cum tertia. Decimũ horis duabus & semis differre: distantē gradibus triginta & sex. hicq̃ per Rhodũ describiī. Vndecimũ horis duabus & semis cũ q̃rta differre: distantē gradibus. 38. ac

ſemis & duodecima. Duodecimũ horis tribus diſferre: diſtantem gradibus quadraginta & ſemis/ ac tertia & duodecima fere. Tertiumdecimũ horis tribus & ⅔ differre: diſtantibus gradibus quadraginta & tribus & quarta. Quartũ & decimũ horis tribus & ſemis differre: diſtantem gradibus quadraginta & quinq̃ fere. Quintũ & decimum horis quattuor differre: diſtantẽ gradibus quadraginta & octo & ſemis. Sextumdecimum horis. ⅔. & ſemis differre: diſtantẽ gradibus quinquaginta & uno & ſemis. Septimũ & decimũ horis quinq̃ differre: diſtantem gradibus quinquaginta & quattuor fere. Octauum & decimũ horis quinq̃ & ſemis differre: diſtantẽ gradibus quinquaginta & ſex. Nonũ & decimũ horis ſex differre: diſtantem gradibus qninquaginta & octo. Viceſimum horis ſeptẽ differre: diſtãtem gradibus ſexaginta & uno. Viceſimũ primũ horis octo differre: diſtãtem gradibus ſexaginta & tribus: qui p̃ Tilen ſcribitur. Notabitur & alius verſus meridiẽ poſt æquinoctialẽ: continens differentiam horę dimidię: qui per Raptum promontorium & Cattigara deſcribitur: ferme per coæquales cum oppoſitis diſtans ab æquinoctiali gradibus octo cum tertio ac duodecima.

Præceptio ad deſcribendam orbis in plano menſurã poſitione ſphęrica. Siue qualiter in plano terra deſignetur.

CAP. XXIIII.

I N deſcriptione in tabula ſymetrię ſupremorũ parallelorũ ſeruanda via talis erit. Faciemus tabulam rectorũ quattuor an




gulorũ: ut A B C D. & ſit A B ferme in duplo maior q̃ A C. & ſupponatur q̃ latus A B in ſuperiori ſitu locatũ ſit: qui erit plaga ſeptẽtrionalis. Deinde A B diuidamus ĩ partes ęquales/ & ad angulos rectos recta linea E F. Cui regulã cõmenſurabilem ita adaptemus: ut per eandẽ mediam lineã quę eſt E F/ hoc eſt recte creſcat linea uſq̃ G. et diuidatur E G in triginta & quattuor tales partes q̃lium eſt G F centũ & trigintauna & tertia ac duodecima: & per centrũ G & per punctum in recta ipſius linea/ quę diſtet a centro partibus ſeptuaginta & nouem/ circulum deſcribemus: qui habeatur pro parallelo per Rhodum: ut H K L. Circa longitudinem vero quę ex utraq̃ parte K ſpacia ſex cõtinebit: ſumentes diſtantiam quæ eſt in K E linea meridiana quattuor ſectionum/ ſeu partium in parallelo per Rhodum per quinq̃ diuiſam. cũ maximus circulus ſit fere ſeſquiquartus ad ipſum. ac talium decẽ & octo ſectiones ab utraq̃ parte K ſignantes in H K L circumferentia/ habebimus puncta per quæ ducendi erunt meridiani a centro G: quorũ quilibet ab altero diſtabit tertia parte unius horæ. Quare meridianos habebimus: terminãtes ultima G H M atq̃ G L N. Deinde notabitur parallelus per Tilen in linea G F: qui diſtet a centro G ſectionibus quinquaginta ac duabus: ut O P Q. Aequinoctialis vero deſcribet̃ diſtans a centro G partibus centum & quindecim: ut R S T. ⸸ Parallelus autem qui eſt ultimus verſus auſtrum & oppoſitus parallelo per Meroen notabitur: diſtans a centro G partibus centum & triginta & una cum tertia & duodecima: ut M V N. Colligitur etiam ratio R S T circumferentiæ ad circumferentiam O P Q in eadem eſſe proportiõe in qua centũ & quindecim ſunt ad quinquagĩta & duo iuxta rationem parallelorum qui in ſphæra ſunt. cũ qualium partium ſupponitur G S eſſe centum & quindecim: taliũ eſt G P quinquaginta & duarum. Quemadmodũ enim ſe habet linea G S ad G P: ita ſe habet circumferentia R S T ad circumferentiam O P Q. Relinquet̃ ergo diſtantia P Q meridiani: hoc eſt ea quę intercipitur a parallelo p̃ Tilen/ & parallelo per Rhodum partium viginti & ſeptem. Diſtantia vero K S/ ea ſcilicet quę a parallelo rhodienſi ęquinoctialem attingit/ ſimilium partium reſtabit triginta & ſex. Deinde S V/ hoc eſt diſtantia quę fit ab ęquinoctiali ad parallelum oppoſitum parallelo per Meroẽ/ relinquetur partium ſimilium ſedecim cum tertia ac duodecima. Præterea qualium partiũ eſt P V in latitudine cogniti noſtri orbis ſeptuaginta & nouem cum tertia & duodecima: aut ut ad integra perueniamus partium octoginta/ talium erit H K L media longitudinis diſtantia c ẽtum ac quadraginta & quattuor/ habita eorum ratione quæ ſupponũtur. Eãdem enim ferme proportionem habent quadraginta milia ſtadiorum latitudinis/ ad ſeptuaginta & duo milia ſtadiorum longitudinis in parallelo per Rhodum. Scribemus & ab eodem centro/ & per puncta diſtantiarum a G ad S reliquos quotcunq̃ voluerimus parallelos: centro rurſus G & interuallis diſtantibus ab S per ſectiones numero æquales poſitis in diſtantijs ęquinoctialis. Licebit autem nobis lineas quæ pro meridianis aſſumentur non deſcriberere rectas uſq̃ ad M V N parallelum/ ſed tñ uſq̃ ad æquinoctialem R S T. Poſt ea diuidendo M V N circumferentiam in nonaginta coęquales ſectiones cum ſectionibus paralleli per Meroen numero ac menſura: dabitur his coniungere lineas meridianorum quæ uſq̃ ad æquinoctialem recte perueniunt: ut quodãmodo videatur ſitus qui ultra æquinoctialem eſt declinare. ceu R X & T Y. Relinquitur autem: ut pro facili locorum deſcribendorum noticia ſtrictã regulam conſtruamus/ æqualem in longitudine linęę G F: aut G S tñ: ipſaq̃ in polo G figamus: ut traducta per totã longitudinem tabulę/ alterũ eius latus diligentiſſime adapteṫ cum rectis meridianorũ lineis. quod fieri poterit/ ſi regulæ ipſius acies recte p̃ medium polum directa erit. Ipſum deinde latus ſiue aciem in centum & triginta ac unum ſpacium/ cũ tertia & duodecima p̃tiemur ſeu diuideũ: aut


⸸ ſ. eñ ẽ maximus circulus q̃ lin͂ p̃ Rhodũ. 4. q̃d fere rõnẽ habeat ſeſquiq̃rtã. Ab utraq̃ ãt p̃te ĩpi⁹ K oportet cape. 18. in tuallata q̃lĩ q̃lĩ bet taliũ ẽ 4. q̃lium ẽ ſg 131 ⅔ 1/12. ut colligat̃ totũ h k l. taliũ 144. q̃liũ ẽ. 131. ⅔ 1/12.

in partes lineæ G S centum & quindecim: numerosqꝫ in ipsis sigillatim notabimus: exordium ab æquinoctiali sumentes. In his itaqꝫ numeris in regula positis poterimus ducere parallelos. ne meridianus qui in tabula notatus est / si easdem haberet ipse sectiones / confundat descriptiones vocabulorum in locis sibi conterminis. Diuidentes deinde æquinoctialē in gradus centum & octoginta: qui spacia duodecim horarum amplectunt: numerisqꝫ eorum annotatis / in ipso iuxta meridianū magis occidentalem exordiētes / aciem regulę traducemus ad notatum gradum longitudinis. Deinde ꝑ ipsius regulæ sectiōes habito latitudinis quā voluerimus numero: utriusqꝫ spacij locum in pūcto captabimus: in quo eum describemus quēadmodum in Sphæra notatum est.

Magis etiam similem atqꝫ cōmensionem seruātes / facere poterimus designationē habitabilis nostræ in plano: si meridionales lineas per phantasiam assumamus ad normā linearum meridionaliū quę in sphæra sunt. ut axis ipse nostri aspectus in positione sphærę transeat per sectionē meridiani: qui in aspectu nostro diuidit lōgitudinem nostræ habitabilis: & per sectionem paralleli qui ipsius latitudiuem secat. Præterea per centrum sphærę: ut æqualiter oppositi fines comprehendantur / appareantqꝫ.

p Rimum autem ut habeatur quantitas inclinationis parallelorum & plani transeuntis per annotatam sectionem / & centrum sphærę rectos angulos facientis cum meridiano medio longitudinis: cōstituat maximus circulus hemisphærium terminans A B C D. & ipsius meridiani diuidentis hemisphærium sit semicirculus A E C. sectio autē quæ ad aspectum est tū huius / tū paralleli diuidentis latitudinem sit E pūctus. Ducaturqꝫ per E maximum circulū iterū semicirculus rectus ad A E C. qui sit B E D. cuius videlicet planum secundū axem aspectus supponetur. Dimissaqꝫ E F circūferentia graduum viginti & trium & semis cū tertia (tot enim æquinoctialis distat a parallelo per Syenem: qui medius fere totius latitudinis cōstituitur) scribatur per F semicirculus æquinoctialis B F D. Inclinatum ergo videbitur tunc planum æquinoctialis / & cætera parallelorum aliorum ad planum axis aspectus per E F circumferentiam: quę gradus habet viginti & tres & semis cū tertia. Supponat igitur A E F C & E D recte pro circumferentijs: B E rationē habente ad E F quam habent nonaginta ad viginti tria & semis cū tertia. & producta C A / cadat centrum in quo scribitē B F D pars circuli: sitqꝫ illud G. propositumqꝫ sit inuenire rationē G F ad E B: Ducatur ergo B F recta: & hac per medium diuisa in punctum H / producatur & H G perpendicularis ad B F. cū igitur qualium est E B recta nonaginta: talium E F ponitur viginti & trium & semis cum tertia: eorundem erit & B F subtensa nonaginta & trium cum decima. Angulus autē sub B F E talium centum & quinquaginta cum tertia qualium duo recti trecentū ac sexaginta. Reliquis vero angulis sub H G F viginti & nouem cū tertia: obqꝫ id ratio G F est ad F H. eademqꝫ est centum & octoginta ac unius & semis cum tertia / ad quadraginta & sex & semis cū vigesima. Et qualium est H F recta quadraginta & sex & semis cū decima: talium est B E recta nonaginta. Vnde & qualium est E B recta nonaginta & F E: eorundē viginti & trium & semis cum tertia: talium habebimus G F rectam centum & octoginta & unius & semis cū tertia: & G punctum: ad quē sic scribētur omnes in tabula plana paralleli. His pręmissis ponatur A B C D tabula in duplo maiorē iterum habens A B qꝫ quę A C: æqualem autē A E cum E B: & ad ipsas directam habeat E F: diuidaturqꝫ æqualis quędā E F recte in nonaginta partes uni





us quartę. Relictis igitur in F G sedecim cum tertia & duodecima: & in G H viginti & tribus & semis cum tertia: & G K eorundem gradibus sexaginta & tribus: & posito G pro ęquinoctiali: erit quidē H circulus per Syenem ferme in medio habitabilis terræ locatus. F ūo parallelus erit / australem plagā habitabilis terminans: & oppositus circulo per Meroem. K autem circulus erit per quē terminabitur situs septentrionalis / per insulam Tilen ductus. Deinde producta linea earundē sectionum centum & octogintaunius & semis cum tertia: aut solū centum & octoginta: cum in nulla memorabili nota ob id designatio a se differat: a centro E per distantias F & H & K describemus Q K R: atqꝫ O H P: atqꝫ M G N circūferentias. Pro-

Inuictissimo Romani Imperij semper Augusto/Cęsari Maximiliano Iacobus ęszler/& Georgius übelin curiarum ecclesiasticarũ Argentiñ. causarum patroni subiectionem debitam profitentur.

CL. Ptolemęi Geographiam/ opus sexennali pene socordia neglectum/ at nostris vigilantia sumptibus & cura renatũ/ cui magis q̃ sacratiss. maiestati tuę/ Cęsar inuictissime dedicaremus/ inueniemus neminẽ. Quum em̃ Dominus sis terrę diuina clemẽtia tibi creditę: iustius forsan & non abs re ꝓtectionẽ tuã for simã subibit labor utriusq̃ nostrũ. Quis autẽ vel mediocriter mẽtis cõpos/ nesciat Maiest. tuę supperexcellentẽ venã/ scientiarꝫ eruditiõe lõge supra reliquos Imperij principes elatã? Quis incq̃ te nõ Patrẽ patrię (christianę dicimus pietatis) miretẽ singularẽ: doctũ pro magnanimi nobilitate parcere subiectis / & debellare superbos? Vtriusq̃ nimirũ Genius tibi Pneumato sancto datus/admirabilis & gladij & pacis custos: ut iure quidẽ tuo digne p̃diceris Iulius alter/ a magno demissus Iulo: nullius q̃d hominẽ scire deceat expers. At virtutũ tuarũ pręconijs q̃d instamus: cuius benegestis gentiũ etiã externarꝫ Annalia scatent? Quia vero lustratorꝫ omniũ orbis verior & peritior cõstet sacratiss. maiest. tuę scientia: tibiq̃ iure suo Ptolemęus reuixerit: suscipias inuictiss. Cęsar topographũ hũc digna tuitione: tanta liberalitate dono missum/ quantũ Maiest. tua fecerit. Indubij certe/ rem gratissimã agere nos: si tua fultus auctoritate in lucẽ prodeat politior. Verꝫ in Auctoris defensionẽ liceat hic pauca ꝑstringere cõtra liui diores quęq̃ nõ sua rodentes: q̃bus si Maiest. tua superintẽderit: quis hic sit a cęteris supra imp̃ssis propius cognoscet. Generosus ille Comes Mirandulę d. Frãciscus Picus Concordię dñs/ vir nulli etiam doctissimo secũdus: Maiest. cęsarę ratus rem nõ ingratã sese facturꝫ: ex penetralibus Gręcorꝫ exẽplar selectum ad nos dedit: q̃d antiquitatẽ illã incorruptius traderet: plura familiarius scribẽs epistolio dignatiõis suę operi p̃misso. Cuius in primis nobiscũ stat sentẽtia. Planũ esse Ptolemęũ nõ ex Regali prosapia natũ: neq̃ Regũ Aegypti tẽporibus floruisse. queadmodũ Vincentius in portentosa voluminis sui mole/ cui Speculũ historiale nomẽ est li. sexto cũ cęteris vulgo opinatus est. Licuit em̃ aniaduertere: illũ sępenumero in Geographia sua ciuitatũ & locorꝫ esse memorem quę a romanis Cęsaribus Maiest. tuę p̃decessoribus sua sortita sunt noĩa. Cuiusmodi est Iuliopolis/ Forũiulij/ Augustopolis/ Legio Augusta/ Forũ Tiberij/ cũ similibus. Floruit ergo tantus philosophus Alexãdrinus Mathematicorꝫ omniũ facile primus/ posterior tẽporibus Cęsarꝫ Iulij/ Augusti & Tiberij: coętaneus (ut Suidas in Collectaneis ait) Marco Anthonio. Incorruptionẽ autẽ tanti Philosophi/ omino placuit integrius elucubrare: ne vel alieni laboris argueremur suppressores/ vel moderniorꝫ lustratiõibus incõsultiori cõfusione adhęrẽtes. Antiquitatis em̃ historias/ cũ neoterica veteribus inmixta cernet: quis sanius intelliget? Hinc plurimorꝫ partus notabilis error: q̃ dũ rem ꝓpius scribere conentẽ/ in despectũ abeunt veluti ridiculus inter pauones gracchus. Huc accedit/ Auctorem ipsum studiosissima relectione ad exẽplar Gręcum castigatũ/ nouissimaq̃ Registratiõe decoratũ: qua nihil vel antiquitatis minime pręteritũ est. Studiosi lectoris sit/ moderniora veteribus adaptare doctiori calamo: erroris ignauiã nõ Auctori/ sed verius temporꝫ mutationi impingendo. Id quod facilius cõsequetẽ ex viginti tabulis neotericis Secũdę parti subordinatis. Certũ est em̃ notabiles mutatiões inuenire tam in fluminũ & ciuitatũ/ q̃ regionũ ac gentiũ vocabulis: quę vel euersione seu debellatiõe urbiũ/ vel ruina/ incẽdio aut aquarꝫ inundatiõibus partim deleta & in abolitionẽ deuenerũt: partim ex Reparatorꝫ dominio cõtraria prioribus noĩa hauserũt. Sed & q̃d humana cõditiõe labilius? q̃ ferme de lustro in lustra mutatẽ: ocyus rapta torrẽte secus littora p̃tereunte. Quod ergo unũ & quidem breuibus ꝑsuasũ volumus inuictiss. Cęsar/ ꝓbabit scio sacratiss. maiest. tua. Est aũt hoc. Necesse nobis esse ad nouas tẽporis nr̃i traditiones magis intẽdere: librãdo in expositiõe illorꝫ quę nũc tractantẽ/ & in selectiõe eorꝫ q̃ hactenus tradita fuerũt: q̃d sit/ & quid nõ sit fidedignũ. Hęc auctor ipse primo sui libro capite. 5. Qui & ipse ex Marini traditiõibus ꝓpria correxit: q̃d & nobis liceat/ immo piũ sit citra iactantiã facere: illius videlicet Antiq̃tatis incorruptionẽ sęculo nr̃o (saltẽ ubi fieri possit) conquadrare: nõ dicimus/ falsitatis nota ĩpudẽtius reijcere. Si em̃ & illis qui etiã male scripserũt gr̃as habẽdas philosophorꝫ magnus Aristoteles cẽsuit: q̃s dabimus his/ q̃rũ antiq̃tas emẽdatior ad nos p̃uenit? Om̃is itaq̃ cõtrouersię materiã curiosius forsan q̃ par sit certantiũ/ tollant moderniorꝫ lustratiões p̃ nos fidelius tabulatę/ & ad vetustiora collatę. Et cũ Auctori plus q̃ picturę fides dabitẽ: patebit lucidius Geographantis inq̃stio. Pluribus hęc forte q̃ decuit/ inuictiss. Cęsar usq̃ huc in ęmulos scripta nõ dedignetẽ sacratiss. Maiest. tua pijs auribus legere. Quę sicubi ꝓbata senserimus/ maiora his officina nr̃a parturiet: bene grati magnificẽtię tanti principũ capitis hęc cum in laudẽ apicis Cęsarei/ tũ totius Germanię decus politiori studio lucubrasse. Vale. Datũ Argentinę sub Annũ Dñi M D XIII. Marcij. xv.

Directorium generale ſingulorꝝ capitum
Ca. octo librorum Ptolemęi. LIBER I.

Octauus Liber tabularum directiuus eſt.

pria igitur ratio parallelorũ inclinationis ad planũ axis ipsius aspectus sic obseruabit: cũ & hic axis inclinari debet ad H & rectus esse ad planũ tabulæ: ut ęqualiter oppositi fines designatiõis in aspectu comprehendant̃. Vt autẽ & longitudo correspondẽs latitudini sit: cũ in sphæra qualiũ est maximus circulus quinq̃/ taliũ fere parallelus per Tilen est duo cũ quarta: per Syenẽ aũt quattuor & semis cũ duodecima: per Meroen quattuor & semis cũ tertia: opusq̃ est ad utranq̃ partem lineæ meridianę rectę F K decem & octo scribere meridianos: per tertiã scilicet partẽ unius horę æquinoctialis: ut absoluant̃ omnes semicirculi qui a tota longitudine comprehendant̃: sumentes sectiones secundũ quẽlibet triũ parallelorũ: quę æquiualeãt quinq̃ gradibus pro tertia parte unius horæ: a K quidẽ per duos gradus cũ quarta sectiones faciẽtes/ qualiũ est E F nonaginta. Ab H vero p̃ quattuor & semis cũ duodecima. Ab F autẽ cũ quattuor & semis cum tertia in eisdem ipsis. Post hæc scribentes per tria puncta distantiarũ ęquipollentium circũferentias: quę erunt pro reliquis meridianis velut terminantes totã longitudinem: scilicet S T V & X Y Z. supplebimus etiã circũferentias pro cæteris parallelis a centro quidẽ L interuallis notatis in sectionibus F K secũdũ distãtias ipsarum ad ipsum ęquinoctialem. Q autẽ modus hic magis sit similis sphæræ q̃ alter/ hinc clare patet. Cũ & illic manente sphęra/nec circũducta: quod tabulę contingit: necesse est cũ aspectus in medio figitur/ut unus quidẽ meridianus qui medius est sub axe nostri aspectus cadit/imaginẽ rectã lineæ prębeat. Reliqui vero qui ex utraq̃ p̃te istius sint omnes vertantur ad hũc in ipsorũ curuationibus: & magis qui ab ipso plus distet. quod hic obseruabitur cum decenti curuationum proportione. Præterea cõmensurationẽ circũferentiarum parallelorum inuicem/non solũ ad æquinoctialẽ & ad parallelum per Tilen: quemadmodũ illic est propriam rationem habere: sed etiam in alijs q̃ maxime possibile sit veluti intueri fas est. Inde totius etiam latitudinis ad totam longitudinẽ: neq̃ solũ in parallelo per Rhodum ut ibi/ sed fere in omnibus. Si enim hic producamus S & V rectam/ quẽ admodum in priori pictura H R: & circũferentia minorẽ rationem habebit ad F S & K V q̃ oporteat in pręsenti figura: cũ comprehensa hic sit per totam H T. quod in æquinoctiali pariter accidit G M. Si vero correspõdentem hanc faciemus ad K F latitudinis spacium: tunc F S & K V maiores erunt q̃ coęquationes ad F K. veluti H T. Si autẽ F S & K V seruemus proportionales ad K F: minor H Z erit ad K F q̃ proportio requirat: quem admodũ etiã minor est q̃ H T. Ex his igit̃ modus iste melior habetur q̃ primus. sed ab illo etiã vincetur in facilitate designationis: cũ illic ab unius regulę circũductione/ descripto uno parallelo diuisoq̃/ locari possit quilibet locus. Hic autẽ nõ similiter cõtingit: ob meridianorũ lineas ad mediã flexas. Oẽs em̃ circulos inscribere sigillatim optebit: & locorũ situs inter parallelos incidẽtes ex utrorũq̃ rationibus cõiectare. His aũt sic habitis / magis & hic & ubiq̃ meo quidem iudicio tenẽdum est quod sit melius / quodq̃ laboriosius q̃ id quod deterius faciliusq̃. Vtreq̃ tamen formæ seruãdæ sunt: ob ea quę facilius in opere adducunt̃.


Qualiũ est ęquinoctialis. 5. taliũ est per Meroen. 4. & semis cũ tertia. unde rõnem habet ad ipm quã habet triginta ad viginti & nouem.

Qualiũ est ęquinoctialis. 5. talium est per Syenem. 4. & semis cũ duo decima. unde rationem habet ad eũ quã sexaginta ad quinquaginta & quinq̃: hoc est/ quã duodecim ad undecim.

Qualiũ est ęquinoctialis. 5. taliũ per Rhodũ. 4. unde rationem habet ad ipsum sesquiquartam.

Qualiũ est ęquinoctialis. 5. taliũ per Tilen duo cum quarta. unde rationẽ habet ad ipsum quã viginti ad nouem.

C



CL. PTOLEMAEI VIRI ALEXANDRINI GEOGRAPHIAE LIBER II

Hęc habet eiusdem tractatus

Expositionē plagæ magis occidentalis Europę iuxta has prouincias seu satrapias

Britaniam βρεταναίμ·
Ispaniam ἰσπανιαμ·
Galliam κελτογαλατίαμ·
Germaniam γερμανίαμ·
Rhætiam ῥαιτίαμ·
Vindeliciam ὀυϊνδελικίαμ·
Noricum νωρικὸμ
Pannoniam παννονίαμ·
Illyriam ἰλλυρίδα· atq;
Dalmatiam δελματίαμ·

Prologus generalis auctoris ad particulares libros subsequentes. CAP. I.

Quæ ad vniuersalem Geographię descriptionem requirunt: & quę ipsius emendatio iuxta noticiam certioris historiæ fuerit circa cognitum nobis orbem / hoc est circa nostrā habitabile: quęue ꝓportio dimensionū locorū haberi debeat: quęue forma: vt q̄ maxime possibile sit similitudo seruetur: quisue inde scribendo modus sit assumendus / usq; nunc prænotatum sit. Deinceps vero incipiendū est particularius hęc tractare: id ꝓponentes: q̄ descriptiões locoꝝ longitudīis simul & latitudinis / quę magis explorata fuerint / existimandæ sunt veritati q̄ maxime inniti: ob continuā & cōmuniter ferme certam traditionū noticiā. Quæ autē loca minus peragrata fuerūt / propter raram incertamq; eoꝝ cognitionē nō ita emēdate scribi putādū est: sed iuxta vicinitatē propinquiorē eorum situum ac figurarum: quæ diligentius traditę sunt. Hoc quippe ita decreuimus: ut ad cōplementum descriptionis nostræ habitabilis / nulla modū imperfectū habeant. Quare graduū positiões in exterioribus adnotauimus spacijs: iuxta consuetā tabularꝝ formā: priori tamen in serie longitudinis gradus pręferentes gradibus latitudinū. Vt si quę emendationes inciderint historiarū: certiori noticia phas sit in spacijs ipsis addēda subiūgere. Pręterea in descriptione tractanda facilioris semꝑ curam habuimus: hoc est / ut ad dextrā ꝓcedamus: manū traducēdo ab his quę iam perfecta fuerint / ad ea quæ nondum formata sunt. Id autē fieri poterit / si magis septētrionalia describenē priusq; ea quę ad Austrum magis tendunt: & magis occidētalia q̄ ea quæ magis vergūt ad ortū solis. Nā ad oculos describētis / seu rem hanc tractantis in excelsiori loco septētrionalia sita sunt / & ad dextrā orīetalia in Sphæra pariter & in tabula. Vnde Europam quęue in ea sunt prius describemus: eā ab Aphrica diuidentes freto Herculeo. Ab Asia vero post maria quę interiacēt / paludemq; Męotim μαιῶτιμ· fluuio Tanai ταναΐ· atq; meridiano: qui ab hoc ad incognitam terrā extendit. Deinde Aphricam λιβύημ· exponemus: ipsam etiā ab Asia separantes (post maria quæ excipiunt a Prasso πρᾶσσο· ꝓmontorio AEthiopię usq; ad sinū Arabicū) Isthmo ἰσθμῷ· qui a ciuitate Heroum ἡρώωμ / uæ in interiori sinu sita est / ad nostrum mare se ingerens AEgiptū ab Arabia Iudęaq; distermīat: ut AEgiptum non scindamus fines Aphricę in Nilo νείλω· ponētes: pręterea q̄a pręstat / cū facultas se offert / continentē pelago q̄ per flumina ipsa partiri. Vltimo Asiā ἀσίαμ· describemus: quęq; in ea sunt: ad idem intenti ꝓpositum iuxta quamq; partē harꝫ trium maximarꝫ quod ad vniuersum orbē habuimus. Hoc est (vt altius repetamus) vt primo plagam magis septentrionalē / atq; occidentalē & ꝓxima sibi maria insulasq;: cū his quę inspecie qualibet digniora ferunt describamus. Secabimus autem & has partes circūscriptiōe satrapiarū aut ꝓuinciarum: eas tractantes vt ante polliciti sumus / ad noticiam tm̄ locorum adnotandorū: cęteris q̄ multis omnino dimissis eorū quę ab historicis tradita sunt de nationū ritu & moribus: ni forte qcq; huiuscemodi recitationē quandā perbreuē expostulet. Hic utiq; modus volenti cuilibet dabit facultatē in diuersis tabulis particulariter describendi prouincias / unā pluresq;: ut inter se ꝓportio tabularū cū æqua dimēsione & figuris seruetur iuxta formā seriemq; iam adnotatā. Nullo etiam in magno differt: si pro parallelis u tamur lineis meridianis / siq; rectis utamur pro parallelis: dūmodo distantiā graduū meridionaliū proportionem æquam habeāt ad instantiā parallelorū / quam habet maximus circulus ad parallelū qui huius tabulę fiet medius. His ergo prius notatis / particularis expositio hinc incipienda est.

IBERNIAE ἰουερνίασ· Britanicæ insulæ situs. CAP. II.

Tabula prima Europæ

Septentrionalis lateris descriptio / quod ab Hyperboreo alluitur oceano

Boreum βόρειοσ· promontoriū 13 61
Vennicnium ὀυεννίκνειοσ· promontoriū 12 $61\frac{2}{3}$
Vdiæ ὀυδίοα· flu. ostia 13 61
Argitæ ἀργίτα· flu. ostia 12 $61\frac{2}{3}$
Rhobogdiū ῥοβόγδιοσ· promontoriū $13\frac{1}{2}$ $61\frac{2}{3}$
Occidentale latus incolunt
Vennicnij ὀυεννίκνιοι· Deinde orientale
Rhobogdij ῥοβόγδιοι·
Descriptio autē lateris occidentalis quod ab occidentali oceano alluiť post Boreū βόρειομ· ꝓmontorium est. 13 61
Rhauij ῥάουιον· flu. ostia. $11\frac{1}{3}$ 63
Magnata μάγνατα· ciuitas $11\frac{1}{2}$ 61
Libnij λιβνίου· flu. ostia. 15 60
Ausobæ αυσόβα· flu. ostia 13 $59\frac{1}{2}$
Sini σίνου· flu. ostia. $9\frac{1}{2}$ $59\frac{1}{2}$
Dur δοὺρ· flu. ostia. $6\frac{1}{3}$ $56\frac{1}{3}$
Ieri ἰεροι· flu. ostia. 8 58
Notium νότιοσ· promontoriū $7\frac{1}{3}$ $57\frac{1}{3}$
Post Vennicnios idem habitant latus
Herpeditani ἑρπεδίτανοι· Sub quibus
Magnatæ μαγνᾶτοι· Deinde
Autini αὐτῖνοι· Post quos
Gangani γάγγανοι· Sub quibus
Vtellabri ὀυτέλλαβροι·
Meridionalis deinde lateris sequitur descriptio / quod Vergionus ὀυεργιονοσ· fundit oceanus / post Notium νότιοσ· promontorium
Dabronæ δάβρωνα· flu. ostia. 13 58
Birgi βίργου· flu. ostia. $12\frac{1}{2}$ $57\frac{1}{2}\frac{1}{3}$
Hieron ἱερὸν· promontoriū 12 $57\frac{1}{2}\frac{1}{3}$

Habitant idem latus post Vtellabros οὐτελλα-βρουσ.
Iberni ἰούερνοι. Supra quos
Vsdiæ οὐσδίαι. Et qui magis orientales sunt
Brigantes βρίγαντεσ.
Orientalis lateris descriptio quod Ibernicus oceanus alluit post Hieron ἱερόν. promontorium. 11 $57\frac{1}{2}\frac{1}{3}$
Modnunni μοδνουννου. flu. ostia. $13\frac{2}{3}$ $58\frac{2}{3}$
Manapia μαναπία. $13\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ $58\frac{2}{3}$
Obocę ὀβόκα. flu. ostia $13\frac{2}{3}$ 59
Eblana ἔβλάνα. 12 59
Bubindæ βουβίνδα. flu. ostia $12\frac{2}{3}$ $58\frac{2}{3}$
Isamnium ἰσάμνιον. 15 60
Iunderis ἰουνδέριοσ. flu. ostia 15 $60\frac{1}{12}$
Logiæ λογία. flu. ostia $15\frac{2}{3}$ $60\frac{2}{3}$
Post Rhobogdium est promōtorium.
Idem habitant latus post Rhobogdios
Darini δαρινοί. Sub quibus
Vsluntij οὐσλούντιοι. Deinde
Ebdani ἔβδανοι. Post
Cauci καῦκοι. Sub quibus
Manapij μανάπιοι. Post
Coriondi κοριονδοὶ supra Bigantes.
Ciuitates mediterraneæ
Rhegia ῥηγία. 13 63
Rheba ῥέβα. 12 $59\frac{1}{2}\frac{1}{12}$
Laberos λάβηροσ. 13 $59\frac{1}{12}$
Macolicum μακολικόν. $11\frac{1}{2}$ $58\frac{2}{3}$
Rhegia ῥηγία. altera 11 $59\frac{1}{2}$
Dunum δοῦνον. $12\frac{1}{2}$ $58\frac{1}{2}\frac{1}{12}$
Iernis ἰερνίσ. 11 $58\frac{1}{6}$
Iberniæ superiacent quinque insulæ Ebudę ἐβοῦδαι nomine: quarum occidentalior est
Ebuda ἐβοῦδα. 15 62
Deinde quæ ad ortum magis extenditur
Ebuda ἐβοῦδα. $15\frac{2}{3}$ 62
Engaricenna ἐγγαρίκεννα. 17 62
Post Malęos μαλαῖοσ. $17\frac{1}{2}$ $62\frac{1}{2}$
Post Epidi ἐπίδι. $18\frac{1}{2}$ 62
Intra orientalem plagam Iberniæ hæ sunt insulæ
Monarina μοναρίνα. insula $17\frac{2}{3}$ $61\frac{1}{2}$
Mona μόνα. 15 $57\frac{2}{3}$
Adros deserta ἄδρου ἔρημοσ. 15 $59\frac{1}{3}$
Limnos quæ deserta est λίμνου ἔρημοσ. 15 59

ALBIONIS ἀλουίωνοσ. insulæ britannicæ situs
CAP. III.
Tabula prima Europæ.

Septētrionalis lateris descriptio / quod Duecaledonius δουηκαληδόνιοσ. alluit oceanus.
Nouantum νουάντων. Chersonesus: &
Eiusdem nominis promontorium. 21 $61\frac{2}{3}$
Rherigonis ῥεριγόνιοσ. sinus $20\frac{1}{2}$ $60\frac{1}{2}\frac{1}{3}$
Vindogara οὐινδόγαρα. sinus $21\frac{1}{2}$ $60\frac{1}{2}$
Clotais κλωταίσ. æstus $22\frac{1}{12}$ $59\frac{1}{3}$
Lemannonius λεμαννόνιοσ. sinus 22 60
Epidium ἐπίδιοσ. promontorium 23 $60\frac{2}{3}$
Longi λόγγου. flu. ostia. $22\frac{1}{2}$ $60\frac{2}{3}$
Itys ἴτυοσ. flu. ostia. 27 $60\frac{2}{3}$
Volas οὔολασ. sinus 29 $60\frac{1}{2}$
Nabari ναβάρου. flu. ostia. 20 $60\frac{1}{2}$
Taruedune ταρουεδούμη. &
Orcas ὄρκασ. promontoria $31\frac{2}{3}$ $60\frac{1}{12}$
Occidētalis lateris descriptio / quod Ibernicus ac Vergiuus οὐεργίουιοσ. alluit oceanus. Post Nouantum νουάντων. Chersonesum
Abrauanni ἀβραουάννου. flu. ostia $19\frac{2}{3}$ $60\frac{1}{12}$
Eines æstus ἰήνεσ. 19 $60\frac{1}{3}$
Dei δηοῦ. flu. ostia 18 60
Nouij νοουίου. flu. ostia $18\frac{2}{3}$ $59\frac{1}{2}$
Itueais ἰτουναίσ. æstus $18\frac{1}{2}$ $58\frac{1}{2}\frac{1}{12}$
Moriacambeis μοριακαμβηίσ. æstus $17\frac{1}{2}$ $58\frac{1}{3}$
Setantiorum σεταντίων. portus $17\frac{1}{2}$ $57\frac{1}{2}\frac{1}{12}$
Belisamais βελισαμαίσ. æstus $17\frac{1}{3}$ $57\frac{2}{3}$
Seteiais σετηιαίσ. æstus 17 57
Ianganorum ἰαγγάνων. promontoriū $15\frac{1}{2}$ $56\frac{1}{2}$
Tisobi τοισόβοι. flu. ostia. $15\frac{2}{3}$ $56\frac{1}{3}$
Tuccię τουκκία. flu. ostia $15\frac{1}{3}$ $56\frac{1}{2}\frac{1}{3}$
Tuerobi τουερόβοι. flu. ostia $15\frac{1}{2}$ $55\frac{1}{6}$
Octapotarum ὀκταπόταρον. promontorium $12\frac{2}{3}$ $52\frac{1}{2}$
Tibij τριβίου. flu. ostia. $15\frac{1}{2}$ $52\frac{1}{2}$
Rhatostabij ῥατοσταβίου. flu. ostia. $16\frac{1}{2}$ $52\frac{1}{2}$
Sabrinais σαβριναίσ. æstus $17\frac{1}{2}$ $52\frac{1}{2}$
Vzellais οὐξελλαίσ. æstus 16 $53\frac{1}{6}$
Herculis ἡρακλέοσ. promontorium 12 $52\frac{1}{2}\frac{1}{12}$
Altiuetęum ἀλτιουέταιοσ. pmōtoriū / quod & dicitur
Bolerium βολέριον. $11\frac{1}{2}$ $52\frac{1}{2}$
Damnonium δαμνόνιον. quod &
Ocrium ὄκριον. promontorium 12 $61\frac{1}{2}$
Meridionalis deinde lateris descriptio qd' Britannicus oceanus alluit: post Ocriū ὄκριον. pmōtoriū
Cennionis κεννίωνοσ. flu. ostia. 12 $61\frac{1}{2}\frac{1}{12}$
Tamari ταμάρου. flu. ostia. $15\frac{2}{3}$ $52\frac{1}{6}$
Iscę ἴσκα. flu. ostia $17\frac{2}{3}$ $52\frac{1}{3}$
Alauni ἀλαύνου. flu. ostia. $17\frac{2}{3}$ $52\frac{2}{3}$
Magnus portus μέγασ λιμήν. 19 53
Trisantonis τρισάντωνοσ. flu. ostia 25 53
Nouus portus καινὸσ λιμήν. 21 $53\frac{1}{2}$
Nucantium νουκάντιον. promontorium 22 52
Orientalis ac Australis plagæ latera / quæ Germanico alluūtur oceano: describunt. Post
Taruedume ταρουεδούμη. aut Orcas ὄρκασ. promontoriū quod iam dictum est
Viruedrum οὐιρουέδρουμ. promōtoriū $31\frac{2}{3}$ $59\frac{2}{3}$
Veruium οὐερούιον. promontoriū $30\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ $59\frac{2}{3}$
Ilæ ἴλα. flu. ostia 30 $59\frac{2}{3}$
Ripa alta ὄχθη ὑψηλή. 29 $59\frac{2}{3}$
Vararis οὐάραρισ. æstus 27 $59\frac{2}{3}$
Loxæ λόξα. flu. ostia. $27\frac{1}{2}$ $59\frac{1}{3}$
Tuesisis τουέσισ. æstus 27 59
Cælis καίλιοσ. flu. ostia. $27\frac{2}{3}$ $58\frac{1}{2}\frac{1}{12}$
Tæzalorum ταιζάλων. promontoriū $27\frac{1}{2}$ $58\frac{1}{2}$
Leuę ληοῦα. flu. ostia. 26 $58\frac{1}{2}$
Tauais ταουαίσ. æstus 25 $58\frac{1}{2}\frac{1}{3}$
Tinæ τίνα. flu. ostia 22 $58\frac{1}{2}$
Bogderiais βογδεριαίσ. æstus $22\frac{1}{2}$ 59
Alauni ἀλαύνου. flu. ostia $21\frac{2}{3}$ $58\frac{1}{2}$
Vedræ οὐέδρα. flu. ostia 26 $58\frac{1}{2}$
Dunus δοῦνον. sinus $20\frac{1}{2}\frac{1}{12}$ $57\frac{1}{2}$
Gabrantuicorum γαβραντουίκων. portuosus sinus. 21 58
Ocælum ὀκέλλον. promontorium $21\frac{1}{12}$ $56\frac{1}{2}$
Abi ἄβου. flu. ostia 21 $56\frac{1}{2}$
Megaris μεγαρίσ. æstus $20\frac{1}{2}$ $55\frac{2}{3}$
Garienni γαριέννου. flu. ostia. $20\frac{1}{2}\frac{1}{3}$ $55\frac{2}{3}$
Sidumanis σιδουμάνιοσ. flu. ostia $20\frac{1}{2}$ 55
Iamesais ἰαμησαίσ. æstus $20\frac{1}{2}$ $52\frac{1}{2}$
Post hanc Nucantium νουκάντιον. promontoriū iuxta septentrionale latus sub Chersoneso eo-

dem appellata nomine
Nouantę νοουάνται· habitāt. Apud quos ciuitates hæ sunt:
Lucopibia λουκοπιβία· $19\frac{1}{2}$ 63
Rherigonium ῥεριγόνιον· 26 $60\frac{2}{3}$
Sub his Elgouæ ἐλγοῦαι. Apud q̊s ciuitates hæ
Carbantorigum καρβαντόριγον· 19 $59\frac{1}{2}\frac{1}{3}$
Vzellum ὀζελλον· $18\frac{1}{2}$ $59\frac{1}{3}$
Corda κόρδα· 20 $59\frac{2}{3}$
Trimontium τριμόντιον· 19 59
Versus solis ortum magis septentrionales sunt
Damnonij δαμνόνιοι· Quorum ciuitates hæ
Colanica κολανίκα· $20\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ 59
Vandogara ὀυανδογάρα· $21\frac{2}{3}$ 60
Coria κορία· $21\frac{1}{2}$ $59\frac{1}{3}$
Alauna ἀλαύνα· $22\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ $59\frac{1}{2}\frac{1}{3}$
Lindum λίνδον· 23 $59\frac{1}{2}$
Victoria ὀυϊκτωρία· $23\frac{1}{2}$ 59
Otalini ὠταλινοί· deinde qui magis australes sunt: quorum ciuitates
Coria κορία· $20\frac{1}{2}$ 59
Alauna ἀλαύνα· 23 $58\frac{2}{3}$
Bremenium βρεμένιον· 21 $58\frac{1}{2}\frac{1}{4}$
Post Damnonios versus solis ortū magis q̊dem septentrionales ad ortum vergentes sunt
Epidij ἐπίδιοι· Deinde
Creones κρέονες· Post
Carnones κάρνονες· Deinde
Cærini καιρινοί· Et orientales ultimi
Curnauij κουρναούιοι·
A Lemannonio λεμαννονίου· sinu usq; ad æstum
Vararis ὀυαραρίς· sunt
Caledonij καληδόνιοι· Supra quos
Caledonia καληδόνια· silua. Magis deinde orientales sunt
Canteæ κάντεαι· Post quos
Lugi λοῦγοι coniuncti Curnauijs κουρναουίοις·
Et supra Lugos Mertæ μέρται·
Sub Caledonijs Vacomagi ὀυακομάγοι· apud q̊s hæ ciuitates
Bannatia βαννατία· 24 59 2
Tamia ταμία· 25 $59\frac{1}{3}$
Alata castra πτερωτὰ στρατόπεδα· $27\frac{1}{4}$ $59\frac{1}{3}$
Tuesis τούεσις· $26\frac{1}{2}\frac{1}{4}$ $59\frac{1}{6}$
Sub his qui maxime occidentales sunt habitant
Vernicomes ὀυερνίκωμες· quorum ciuitates
Orrea ὄρρεα· 24 $58\frac{1}{2}\frac{1}{4}$
Deinde qui magis orientales sunt
Tęzali ταίζαλοι· Et eorum ciuitas


NONA EVRO PE TABVLA



DECIMA ET VLTIMA TABVLA EVROPAE




TABVLA PRIMA AFRICAE




TABVLA SECVNDA AFRICAE



TERTIA AFRICAE TABULA



TABVLA QVARTA AFRICAE



TABVLA PRI MA ASIE



.14. parallelus per pontum differt ab equinoctiali Horis 3 1/2 hūs diē Max. hōr. 14 1/2

CLIMA.6.

.13. paral. differt ab equi horis 3 1/4 hūs diē Max. hō. 14 1/4

.12. differt horis 3 hūs diē maiorē hō 14


CLIMA.5.

.11. paral. Hūs diē maiorē hō 14 1/2


.10. paral hūs diē ma hō 14 1/2

CLI.4

Miliaria 44


SECVNDA ASIAE TABVLA
21. parallelus p Thylen insulā: differens ab æquinoctiali horis. 8. habens diē maiorem horarum. 20.
20. parallelus: differens ab æquinoctiali horis. 7. habēs diē maiorē horarum. 19.
19. parallelus differt ab ęquinoctiali horis. 6. habēs diem maiorem horarum. 18.
18. parallelus: differens ab æquinoctiali horis. 5. ½. habēs diem maiorē horarum. 17. ½.
17. parallelus: differens ab æquinoctiali horis. 5. habens diem maiorem horarum. 17.
16. parallelus: differēs ab ęquinoctiali horis. 2. ½. habēs diem maiorē horarum. 16. & dimidie.
15. parallelus p Boristhenen: differens ab æquinoctiali horis. 2. habens diē maiorē horarum. 16.
CLIMA. A.
Sarmatici maris pars
Hiperborei montes
Hiperborei Sithe
Basilici hoc est Regii sarmate
Hippophagi sarmate
Riphei montes
Sarmatię in Europa pars
Arę Cesaris
Arę Alexandri
Sarmatia Asiatica
Phthirophagi
Mithridatis regio
Nesiotis Regio
Meladani
Sapothrenę
Vasaei
Scithię intra Imaū montem pars
Amazones
Alauni montes
Palus Maeotis
Alopeka que Tanais dicitur
Columpne Alexandri
Orinei
Vali
Seru
Bicis palus
Taurica chersonesus
Ponti Euxini pars
Colchidis pars
Iberię pars
Albanię pars
Hircani maris pars
Porte sarmatię
Porte Albanię
Geri
Olude

TERCIA ASIAE TABULA



QVARTA ASIAE TABVLA




QVINTA ASIE TABVLA




SEXTA ASIE TABULA



SEPTIMA · ASIE TABVLA



OCTAVA ASIE TABULA



NONA ASIÆ TABVLA




DECIMA ASIAE TABULA



VNDECIMA ASIAE TABVLA



DVODECIMA ASIÆ TABVLA



In Claudii Ptolemei Supplementum

modernior lustratio terrę marisq; singula positiõibus certissimis regulatius tradens ad sęculi nostri peragratiões. Pars Secunda.

Pręmissus Canon breuis a tergo Chartę Lectorem resolutissime ab errorum ambagibus absoluit.

Post tabulę numero Viginti sequentes sese ordine suo sic locantur.

1 Hydrographia/siue Charta marina: continens typum Orbis uniuersalem iuxta Hydrographorum traditionem.

Decem particulares tabulę Europę.

2 Oceani occidentalis/seu Terrę nouę.
3 Ibernię/Anglię/& Scotię.
4 Ispanię.
5 Gallię.
6 Germanię.
7 Hungarię/Polonię/Russię/Prussię/ & Vualachię.
8 Norbegię/& Gotthię.
9 Italię/Sicilię & Sardinię.
10 Italię & Sicilię altera.
11 Bossinę/Seruię/Gręcię & Sclauonię.

Duę particulares tabulę Aphricę/ex Chartis Portugalensium sumptę.

12 Primę portionis Aphricę.
13 Secundę portionis Aphricę.

Tres particulares tabulę Asię.

14 Asię minoris prima/siue maior Turcia.
15 Terrę sanctę/siuę Iudeę Palestinę &c.
16 Indici maris accolas hęc habet.

Quattuor deinde Chorographię/particulariores & magis extensę prędictis tabulę.

17 Chorographia eremi Eluetiorum.
18 Chorographia prouincię Rheni.
19 Chorographia Cretę.
20 Chorographia Lotharingię.


Tractatus de variis moribus & ritibus gentium/nominumq; localium & gentium declarationibus per. 61. capita distributus finem operi ponit: lectu dignissimus/admiratione plenus/utilitatis simul ac oblectationis pręcipuę.

Ad Lectorem.


Ne vero te Lector optime/nescio quis vel erroris/ vel admirationis scru-
pulus seducat: placuit breuibus quę scitu digna sint recensere. Ptole-
męi Geographiam prima parte clausimus operis: ut incorruptior & se-
lecta stet antiquitas sua. Verꝝ quia tēporis lapsus multa quidem labili-
tate quoq; sua indies mutat: plęrisq; visus est auctor notabilius a mo-
dernioribus deuiasse. Id q̊d cernere licet in utraq; Pannonia/ quę nunc
Hungaria & Austria vocatur. Et quę regio dum floruit unica appella-
tione Sarmatia/ siue Sauromatia dicebatur: nunc diuisim Poloniam/
Russiam/Prussiam/Moscouiam & Lituaniam nominamus. Populorꝝ
deniq; usui placuit transmutatio vocabulorum. Quos enim vetustas
Eluetios & Sequanos/ nunc vulgo Burgundiones Suitensesq; voca-
mus. Quędam & ciuitates primitiuis nominibus orbati sunt. Quis em̄
iuxta Rhenum Flauium/ Canodurum/ Augustam rauricum/Elcebum
& Berthomagum urbes a Ptolemęo cōmemoratas digito mōstrabit?
Hęc vel his similia non est qui Auctoris imperitię subscribat. Quin po-
tius hoc Supplemento modernioris lustrationis discat seipsum certius
informare. Qua tripartiti orbis explanationem planius ad tempora no-
stra videbit. Charta autē Marina/ quam Hydrographiam vocant/per
Admiralem quondam serenissi. Portugalię regis Ferdinandi / cęteros
deniq; lustratores verissimis pagratiōibus lustrata: ministerio Renati
dum vixit/nunc pie mortui Ducis illustriss. Lotharingię liberalius prę-
lographationi tradita est: cum certis tabulis a fronte huius chartę speci-
ficatis. Cuius item Ducis illustriss. honori cedit extensa ad finē Domi-
nij sui tabula studiosissime pressa. Nam eius terrę latebris/Vosagi dico
rupibus nobile hoc opus incęptum/licet quorūdam desidia ferme sopi-
tum/a sexennali sopore per nos tandem excitatum est. In reliquis etiam
tabulis non minus studium est adhibitum: quo limatius ex varijs lu-
stratorum prototypis transformarentur. Quod in Italia duplici pla-
num est assentiri. Tabularum ergo harum neoterice positiōes Lector
optime/sicubi a Ptolemęi traditionibus antiquis alienę tibi videbunt̄/
nō miraberis cū q̄ Cęsareę dedicatiōi supposita sunt in primę partis ꝓ-
tofolio studiosius ad hęc perlegeris. Cūq; didiceris in his veram cęli la-
titudinem obseruatum. Regionum quippe longitudinem scrutari labo-
riosum est valde. Hinc variam causat situationem dimensio quoq; va-
ria. Tuum sit pro grata pietate quadrata longis aptare: ne vel illius an-
tiquitatis/vel laboris nostri iudiceris censor ingratus. Sufficiāt inq; hęc
post Maiorum antiquitates fidelius lucubrasse / quę sęculo suo certius
respondeant. Vale.


ORBIS TYPVS VNIVERSALIS IVXTA HYDROGRAPHORVM TRADITIONEM
OCEANVS OCCIDENTALIS
GRONLAND
EVROPA
ASIA
AFRICA
Mare Mediterraneu
Tropicus Cancri
Equinoctialis Circulus
Tropicus Capricorni
MARE INDICVM
Sinus Magnus
Tartaria
Ethiopia
Libia interior
Germania
Gallia
Asia Minor
Sinus persicus
india intra Gange
india extra Gange
Taprobana
Madagascar

TABVLA TERRE NOVE



TABVIA NOVA HIBERNIE ANGLIE ET SCOTIE



TABVLA MODERNA ET NOVA HISPANIE



TABVLA MODERNA GALLIE




TABULA MODERNA GERMANIE



TABULA MODERNA SARMATIE EUR SIVE HUNGARIE POLONIE RUSSIE PRSSIE ET VALACHE



TABULA MODERNA NORBEGIE ET GOTTIE·



30. parallelus: habẽs diẽ maiorẽ triũ mensiũ cõtinue: q̃ndo videlicet sol fuerit in medietate tauri/usq; ad medietatẽ leonis: hoc est a principio mensis Maij usq; ad medietatẽ Iulij. Et noctẽ similit̃ trium mẽsiũ quãdo sol fuerit in signis & mensibus oppositis.

29. parallelus: habẽs diẽ maiorẽ duorũ mensiũ cõtinue: quando videlicet sol fuerit circa principiũ geminorũ/ usq; ad finez tauri: hoc est a medietate mẽsis Maij usq; ad medietatẽ mensis Iulij fere.

28. parallelus: hñs diẽ maiorẽ cõtinue vni9 mensis: qñ vicz sol fuerit circa medietatẽ geminorũ/ usq; medietatẽ cancri. hoc est/a principio Junij usq; ad finem eiusdem.

27. parallelus differt ab æquinoct. horarũ. 12. hñs diẽ maiorẽ horarũ. 24. quãdo. s. sol fuerit circa principiũ geminorũ.

26 para. differt ab equinoct. hor. 11. hñs diẽ maiorẽ ho. 23.

25. pal. differt ab eqnoct. hor. 10. hñs diẽ maiorẽ horarũ. 22.

24. parallelus differt ab æquinoctiali horis. 9. habẽs diẽ maiorẽ horarum. 21.

23. paral. p Thylen: differt ab equinoct. horarũ. 8. habens diẽ maiorem horarum. 20.

22. palle. differt ab æquinoctiali horis. 7. ½. habens diem maiorẽ horarũ. 19. ½

21. palle. differt ab æquinoctiali horis. 7. habens diẽ maiorẽ horarũ. 19.

20 palle. differt ab equinocti. ho. 6. ½. habẽs diẽ maiorẽ horarũ. 18. ½.

19. p Caturactoniũ: differẽs ab equi. ho. 6. habẽs diẽ ma. ho. 18

18. differt ab equi. ho. 5. ½. habẽs diẽ maiorẽ horarũ. 17. ½.

17. differt ab æqui. ho. 5. habẽs diẽ maiorẽ ho. 17.

16. differt ab equi. horis. 4. ½. habẽs diem maiorẽ horarũ. 16. ½.


TABVLA MODERNA ET NOVA ITALIE AC SICILIE
ALPES
VALLESIA
GALLIE PARS
LOMBARDIA
Mediolanum
Cremona
Mantua
Verona
Padua
Venetia
FORVM IVLIA
HISTRIA
CORVATIA
BOSSINA
SERVIA
SCLAVONIA
DIFFERT SITVS NOVE ITALIE A SITV QVEM POSVIT PTHOLEMEUS
Ianua
Bonania
Ferraria
Ravenna
FLAMMINIA
Florentia
Pisa
Sena
Roma
ITALIA
MARE HADRIATICVM
Ragusa
Durazzo
GRECIAE PARS
APVLIA
CALABRIA
Brendisii
Taranto
Caprara
Elba
Planosa
CORSICA
SARDINIA
MARE TIRENVM
Ponza
SICILIA
Stromboli
Lipari
Messina
46
44
43
42
41
40
39
38
37
36
40
100
140
200
240
300
340
400
miliaria italica

TABVLA MODERNA ITALIE




TABVLA MODERNA BOSSINE SERVIE GRETIAE ET SCLAVONIE




TABVLA MODERNA PRIME PARTIS APHRICAE



TABULA MODERNA SECUNDE PORCIONIS APHRICE




TABVLA NOVA ASIE MINORIS



TABVLA MODERNA TERRE SANCTE




TABVLA MODERNA INDIAE





TABVLA NOVA HEREMI HELVETIORV




TABVLA NOVA PARTICVLARIS
PROVINCIE RHENI SVPERIORIS
VASTI REGNI PARS
VOSAGVS MONS
ALSATIA
NIGRA SILVA
PROVINCIA RHENI
GOV
SVEVIE PARS
ALBE PARS
HAGENSCHIES
otten wald
AVSTER
Basilea
Colmaria
Selestadii
Argentina
Hagenow
Offenburg
Baden
Spira
Heidelberg
Ladenburg
Maguntia
Francfordia
Bingen
Creutznach
Hunds Ruck
Keiserslutter
Vuormatia
Rottvilla
Furstenberg
Friburg
Ettlingen
Rinzabern
wisenloch
Sara fl.
Rhenus fl.
49
50

TABVLA NEOTERICA CRETE SIVE CANDIE INSVLE





Secunde partis Ptolemaei finis: opera Ioannis Schotti Argentinen.

ANNO CHRISTI OPT. MAX. 1513

DE LOCIS AC MIRABILIBVS MVNDI.

De tribus orbis partibus. CAP. I

q VONIAM VT AIT AV
gustinus: Deus incõmutabili
æternitate viuens/creauit om
nia simul: ex quibus currerent
tempora: & implerentur loca:
ipsorũqꝫ loca motibus volue-
rentur sęcula. Isidorus in li. etymo. 12. In tres enim
partes orbis non ęqualiter diuisus est. Nam Asia
a meridie per orientẽ/ usqꝫ ad septentrionẽ perue
nit: Europa ꝟo a septentrione ad occidẽtem: & in
de Aphrica usqꝫ ad meridiẽ. Sicqꝫ mediũ orbem
sola tenet asia: mediũ ꝟo europa & aphrica. Quę
ideo duę factę sunt: quia inter utranqꝫ ab oceano
mare magnũ ingreditur: quod eas intersecat.

De Asia: & eius capite/quod est Paradisus. CAP. II.

a Sia ex nomine cuiusdã mulieris est ap-
pellata: quæ apud antiquos imperiũ te-
nuit oriẽtis. Hac in tertia orbis parte dis
posita: ab oriẽte solis ortu/a meridie mari indico/
ab occidente nostro mari finitur: a septentrione
meotide lacu & tanai fluuio terminatᷓ. Habet au-
tem prouincias multas & regiones: quarũ breui-
ter nomina & situs expediam: sumpto initio a pa
radiso. Paradisus locus est in orientis partibus: cu
ius vocabulũ ex græco in latinũ vertitur/ hortus.
Porro hebraice/heden/dicitur: quod in linguã no
stram deliciæ interpretatur. quod utrunqꝫ iunctũ
facit hortum deliciarum. Est enim omniũ genere
ligni & pomiferaꝝ arborum cõsitus: habens etiã
lignũ vitæ. Non ibi frigus: non æstus/sed perpe-
tue aeris temperies. E cuius medio fons prorum-
pens/totũ nemus irrigat: diuiditurqꝫ in quattuor
nascẽtia flumina. Cuius loci post peccatum primi
hominis aditus est interclusus. septus enim est un
diqꝫ rhõphea flãmea/ id est muro igneo accinctus:
ita ut cum vertice eius cœlo pene iungatur incen-
dium. Cherubin quoqꝫ/id est angelorum præsidi
um/ arcẽdis spiritibus malis super rhompheæ fla
grantia ordinatum est: ut homines flammæ/ange
los ꝟo malos cherubin submoueant: ne cui carni/
vel spiritui transgressionis aditus pateat.

De India & eius mirabilibus. CAP. III.

i Ndia ab Indo flumine dicta est: quo ex
parte occidentali clauditur. Hæc a meri
diano mari porrecta: usqꝫ ad ortũ solis /
& a septentrione usqꝫ ad montẽ caucasum perue
nit. Habens gentes multas/& oppida: insulã quo
qꝫ Taprobanam gemmis/auro & argento fœcũ-
dam. Tilen quoqꝫ arboꝝ folijs nunqꝫ carentem.
Habet & fluuios Gangem & Indum illustrantes
indos. Terra indiæ fauonij spiritu saluberrima/in
ãno bis metit fruges: vice hyemis etesias patitur.
Gignit autẽ tincti coloris homines: elephantes in
gentes: monoceron bestiam: psitacon auẽ: ebenũ
quoqꝫ lignũ: & cinnamomũ: piper & calamum.
Mittit ebur: lapides quoqꝫ ꝓciosos: beryllos: chry
sopassos: adamantẽ: carbunculos: ligites: margari
tas & uniones: quibus nobiliũ fœminarum ardet
ambitio. Ibi sunt & montes aurei: quos adire pro
pter dracones & gryphones/ & imensoꝝ homi-
num monstra impossibile est. Parthia ab Indię fi
nibus usqꝫ ad mesopotamiã generaliter nomina-
tur. Propter inuictã enim virtutem parthoꝝ/&
assyria & reliquæ proximæ regiones in eius no-
men transierũt. Sũt enim in ea Aracosia: Parthia:
Assyria: Media: Persia: Aria: Carmania: gedrosia:
quę regiones inuicẽ sibi coniunctæ/ initium ab In
do flumine sumunt: Tigri clauduntur locis mon-
tuosis & asperioribus. Sunt enim inter se finibus
suis discretę: nomina a proprijs auctoribus trahẽ
tes: Aracosia ab oppido suo nuncupata. Solinus.
Tradũtur in India fuisse quinqꝫ milia oppidorũ/
præcipua capacitate populoꝝ. Diu etiam credita
est esse tertia pars terrarũ. Nec mirũ sit vel de ho
minum/vel de urbium copia: cũ soli Indi nunqꝫ a
natali solo recesserint. Indiam Liber pater ingres-
sus est: utpote qui Indis subactis oĩm primus triũ
phauit. Maximi in ea amnes Gãges & Indus. Mi
nima Gangis latitudo per octo milia passuũ: ma-
xima per. 20. patet: altitudo ꝟo ubi vadosissimus
est/mẽsuram centum pedum deuorat. In Gange
insula est populosissima / amplissimã cõtinens gẽ
tem. quorũ rex quinquaginta milia peditum: equi
tum quinquagintaquattuor milia in armis habet.
Omnes sane quicunqꝫ sunt præditi regia potesta
te: non sine maximo elephantoꝝ/equitũ etiã/pe-
ditum quoqꝫ numero militarẽ agitant disciplinã.
Parsia gens validissima Palibotram urbem inco-
lunt. unde quidam gentẽ ipsam Palibotras nomi
nauerũt. Quoꝝ rex septemcentena milia peditũ/
equitum triginta milia/ elephãtum octo milia om
nibus diebus ad stipendium vocat. Vltra Palibo
tram mons Vxentus est: in quo urbes hyeme/&
septentriones æstate in austros cadunt: vicissitu-
dine hac durante senis mensibus. Septẽtriones in
eo tractu in anno semel/nec ultra. 15. dies parent.
Sicuti auctor est Bethon: qui perhibet hoc in plu
ribus Indiæ locis euenire. Indo flumini proximan
tes / versa ad meridiẽ plaga / ultra alios torrentes
habent colores. Deniqꝫ vim sideris prodit homi-
num color. Montana Pygmei tenẽt. At hi quibus
vicinus est oceanus sine regionibus viuunt. Pan-
dęa gens a fœminis regitur: cui reginam primã as
signant Herculis filiam. In India sunt monstra di-
uersi generis: serpẽtes enormes: leucrocota: ealę:
tauri mirabiles: manticora: monoceros: anguillæ
trecentorum pedum: pomaria. 60. passuum: arun-
dines immensæ: & alia plura mirabilia.

De cæteris Asiæ regionibus. CAP. IIII.

p Arthiam Parthi a Scythia veniẽtes/eã-
qꝫ ex suo nomine vocauerũt. Regna in
ea. 18. sunt porrecta a Caspio littore ad
terram Scytharum. Assyria vocata est ab Assur/
filio Sem: qui eam post diluuium regionem pri-
mus incoluit. In hac regione primũ usus inuentus
est purpuræ. Inde primũ criniũ & corporum un-
guenta venerunt: & odores quibus romanorum
atqꝫ græcorum effluxit luxuria. Media & Persia
a regibus Medo & Perso cognominatę sunt: qui
eas prouincias debellãdo aggressi sunt. Huius ter
ra medicam arborem gignit: quã alia regio mini-
me parturit. In Persia primũ orta est ars magica:
ad quã Nemroth gigas post confusionem lingua
rum abijt: ibiqꝫ Persas ignem colere docuit. Nam
omnes in illis partibus Solem colunt: qui ipsorũ
lingua El dicitur. Mesopotamia græcam etymo-
logiam possidet: ꝗ duobus fluuijs ambiatur. Nã
ab oriente Tigrim habet: ab occidente Eufraten.

Incipit autẽ a ſeptentrione inter montẽ Taurum:
& Caucaſum. Quã a meridie ſequit̃ Babylonia:
deinde Chaldęa: nouiſſime Arabia. quæ inter ſi-
num perſicum & ſinum arabicum auguſto tractu
terræ orientem verſus extenditur. Babyloniæ re-
gionis caput Babylon urbs eſt: a qua & nuncupa
ta: tã nobilis/ ut Chaldęa et Aſſyria et Meſopota
mia in eius nomẽ aliqñ trãſierũt. Arabia ẽ appel-
lata/ id eſt ſacra: hoc em̃ ſignificare interpretatur:
eo ꝙ ſit regio thuriferos odores creãs. Hinc eam
græci eudęmon/ noſtri beatam nominauerunt. In
cuius ſaltibus myrrha et cinnamomum prouenit.
Ibi naſcitur auis fœnix. Sardonis gemma/ et hyris
melotides/ & pedetora ibi inuenit̃. Ipſa eſt & Sa-
ba appellata a filio Chus/ qui nuncupatus eſt Sa-
ba. Hæc autem ut prædiximus/ auguſto terræ tra
ctu ad orientem verſus ad perſicũ ſinum extendi
tur: cuius ſeptentrionẽ Chaldea claudit. occaſum
ſinus arabicus.

Iterum de eodem. CAP. V.

ſ Yriam Syrus quidã perhibetur indige-
na ſuo vocabulo nũcupaſſe. Hęc ab ori
ente fluuio Eufrate/ ab occaſu nr̃o mari
& Aegypto terminatur. A ſeptentrione Armeni
am & Cappadociã: a meridie ſinũ arabicum hꝫ.
Situs eius porrectus in immẽſam longitudinẽ: in
latu anguſtior. Habet aũt in ſe prouincias: Coma
genam: et Phœniciam: et Paleſtinam. cuius pars
eſt Iudæa: abſq; Saracenis & Nabathęis. Coma-
gena eſt prima prouincia Syrię: vocabulo Coma
gæ urbis nuncupata: quæ quondã ibi metropolis
habebatur. Huius eſt a ſeptẽtrione Cappadocia:
ab ortu Meſopotamia: a meridie Syria: ab occaſu
mare magnum. Fœnix Cateni frater/ de Thebis
ægyptiorũ in Syriam profectus/ apud Sidonem
regnauit: eamq; prouinciam ex ſuo nomine Phœ
niciam appellauit. Ipſa eſt ubi eſt Tyrus ad quam
Eſaias loquitur. Habet autẽ Arabiam ab oriente:
mare rubrum a meridie. Paleſtina prouincia Phi-
liſtim urbem metropolim̃ habuit: quę nũc dicitur
Aſcalon. ex qua ciuitates omnes circa eam/ regio
paleſtina eſt nuncupata. Huic ab oriente mare ru
brum occurrit: a meridiano latere Iudæa excipit̃:
a ſeptẽtrionali plaga tyriorum finibus clauditur.
ab occaſu ægyptio limite terminatur. Iudęa ex no
mine Iudæ eſt appellata: ex cuius tribu reges ha-
buit. Hæc ẽ Paleſtina regio: quę prius Chananæa
dicta eſt a Cham: ſiue a decem Chananęorũ gen-
tibus: quibus expulſis/ eandem terrã Iudæi poſſe
derunt. Initium longitudinis eius a vico Arſa uſ-
q; ad vicum Iuliadem porrigitur: in quo iudæorũ
pariter ac tyriorum cõmunis habitatio eſt. Latitu
do autẽ eius a monte Libani/ uſq; ad Tyberiadis
lacum extenditur. In medio autem Iudeæ ciuitas
Hieroſolyma eſt quaſi umbilicus regionis totius.
Terra eſt variarum opum diues: frugibus fertilis:
aquis illuſtris: opima balſamis. Vnde ſecundũ ele
mentorum gratiam exiſtimauerunt iudæi/ eã pro
miſſam patribus/ terram fluentem lacte et melle:
cũ hic illis Deus reſurrectionis prærogatiuã polli
ceretur. Samaria regio Paleſtinæ/ ab oppido quo
dam nomen accepit quod vocatur Samaria: ciui-
tas quondã regalis in Iſrael. quæ nũc ab Aug
nomine Sebaſta nuncupatur. Hęc regio inter
dæam et Galilęam media iacet: incipiẽs a vico cu
nomen eſt Eleas: deficiens in terr rabati. Si-
tus eius natura conſimilis/ nec ullo differens a Iu-
dæa. Galilęa regio Paleſtinę vocata eſt/ ꝙ gignat
candidiores homines q̃ paleſtina. Hæc autem eſt
duplex: ſuperior et inferior: ſibi tamen connexæ/
Syriæ & Phœnici adhærentes. Terra earum opi
ma & ferax & fructibus ſatis fœcunda. Pentapo
lis regio in confinio Arabiæ & Paleſtinæ ſita eſt.
Dicta a quinq; ciuitatibus impiorum a Hieroſo-
lymis olim uberrima/ nunc autẽ deſerta atq; exu-
ſta. Nam pro ſcelere incolarũ de cœlo deſcendit
ignis/ qui regionem illã in cineres æternos diſſol-
uit. cuius umbra & ſpecies in fauillis et arboribus
ipſis etiã adhuc videntur. Naſcuntur enim ibi po
ma virentia ſub tanta ſpecie maturitatis/ ut eden-
di deſiderium gignant: ſi quæ carpas/ fatiſcunt et
reſoluuntur in cinerem: fumum exhalantes/ quaſi
adhuc ardeant.

Adhuc de eodem. CAP. VI.

n Abathęa a filio Hyſmael eſt nũcupata:
Iacet autem inter Iudæam & Arabiam:
& ſurgens ab Eufrate in mare rubrum
porrigitur: & eſt pars Arabiæ. Aegyptus quę pri
us Aeria dicebat̃: ab Aegypto Danai fratre poſt-
ea ibi regnante nomen accępit. Regio cœli imbri-
bus inſuęta/ & pluuiarum ignara. Nilus ſolus eã
circũfluens irrigat/ & inundatione ſua fęcundat.
Vnde & ferax frugibus/ multã partem terrarum
frumento alit. cæterorum quoq; negociorũ adeo
copioſa/ ut impleat neceſſarĳs mercibus etiam or
bem terrarum. Finis Aegypti Canopia/ a Cano-
pe Menelai gubernatore ſepulti in ea inſula. quæ
Libyę principium/ & oſtium Nili facit. Helinan-
dus. Plato tradit in Aegypto nunq̃ pluiſſe. Iſido
rus. Seres oppidum eſt oriẽtis: a quo & genus ſe
ricum & regio nuncupata eſt. Hæc a ſcythico oce
ano/ & mari caſpio ad oceanum orientalẽ inflec-
titur: nobilibns frondibus fertilis: e quibus velle-
ra decerpuntur/ quæ cęterarum gentium populis
Seres ad uſum veſtiũ vendunt. Bactrianæ regio-
ni proprius amnis Bactrus vocabulũ dedit. Par-
tes eius quę planæ ſunt/ Paropaniſis mõtibus iu-
gis ambiuntur: quæ aduerſę ſunt: Indi fluuĳ fonti
bus terminatur: reliquas includit Occus fluuius.
Mittit Bactria fortiſſimos camelos nunq̃ atterẽ-
tes pedes. Scythia ſicut & Gotthia a Magot filio
Iaphet fertur cognominata: cuius terra olĩ ingens
fuit. Ex q̄bus q̃dã agros ĩcolũt: q̃dã po tetuſæ ac
truces carnibus humanis & eorꝫ ſanguine viuũt.
Scythię p̃ſes terrę ſunt locupletes/ ĩhabitabiles tñ
plures. Nam dum in plæriſq; locis auro & gem-
mis affluãt/ gryphorum immanitate acceſſus ho-
minum rarus eſt: & Smaragdis tamen opima hęc
patria eſt. Cyneus quoq; lapis/ & Cryſtallus pu-
riſſimus Scythię eſt. Habet & flumina magna Fa
ſidem/ Oſtorum atq; Araxem.

Iterum de eodem. CAP. VII.

h Yrcania dicta eſt a ſilua Hyrcana/ quæ
Scythiæ ſubiacet. Eſt autẽ ſiluis aſpera/
copioſa immanibus feris/ tygribus pan
theribuſq; & pardis. unde Vergilius: Hyrcanæq;
admouẽt ubera tygres. Albania eſt a candore po
puli nuncupata: eo ꝙ albo crine naſcantur. Huic
terræ canes ingentes ſunt: tantęq; feritatis/ ut tau
ros præmant: leones perimant. Armenia vocata
ẽ ab Armeno Iaſonis theſſali comite: qui amiſſo
rege Iaſone/ collecta multitudine eius quę paſſim

vagabatur/Armeniã cepit:& ex suo nomine nũcupauit. Sita est aũt inter taurum & caucasum: a Cappadocia usq; ad caspium mare protensa. Habens a septentrione Ceraunios montes: ex quorũ collibus Tigris fluuius nascitur:& in quibus montibus arca post diluuium sedisse perhibetur. Duplex est autẽ Armenia: superior & inferior. sicut duæ Pannoniæ. Iberia regio est Asiæ prope pontum Armeniæ iuncta. In hac herbæ tincturę utiles nascuntur. Cappadocia urbs propria nominatur. hæc in capite Syriæ sita est. Terra eius ãte alias nutrix est equorum. Elis amnis per eam fluit: q quõdam Lidiæ regna disiunxit a Persis.

De Asia minori/& eius prouincijs. CAP. VIII.

Asia minor ab oriente Cappadocia cingitur: ab alijs partibus undiq; mari circũdatur. Nam a septentrione pontũ Euxinum habet: ab occasu Propõtidem: a meridie Aegeum mare. Habet prouincias: Bityniam: Phrygiam: Galaciam: Lydiam: Cariam: Pamphiliã: Isauriam: Lyciam atq; Ciliciam. Bitynia in Ponti exordio/ad partem solis orientis/aduersa thracia iacet: multis antea nominibus appellata. Nã prius Berycia dicta: deinde Mygdonia: mox a Bitynio rege Bitynia nuncupata est. Ipsa est maior Phrygia. Nicomedia urbs in ea est: ubi Hannibal fugiens veneni haustu animã expirauit. Gallatia dicta est a priscis Gallorũ gentibus: a quibus extitit occupata. Nam Galli in auxiliũ a rege Bityniæ euocati/regnum cum eo parta victoria diuiserunt: sic q; deinde gręcis admixti: primũ a gallo gręci/ nũc ex antiquo gallorũ nomine Gallathæ dicuntur: & eorum regio Gallathia nuncupatur. Phrygia dicta est a Phrygia Europis filia. Hęc est Dardania: a dardano Iouis filio dicta. de q̃ Homerus ait: Quẽ primus genuit cęlesti Iuppiter arce. Hic enim profectus de corintho ciuitate/primus venit in Phrygiam. est autẽ regio troadis subiecta. Huius regio Troia est: quam ex suo nomine appellauit Tros troianorũ rex/Ganymedis pater. Duę sunt autem Phrygiæ: maior & minor. Maior phrygia Smyrnam habet: minor vero Ilium: Lychaoniam. Cariam geremus fluuius discernit a phrygia. Lydia sedes antiqua regum: quam Pactoli unda extulit in diuitias torrentibus aureis. hæc antea Mæonia dicebatur. Quæ dum pro breuitate duos fratres reges Lydum & Tyrrhenum ferre non posset: hinc ex sorte Tyrrhenus cum ingenti multitudine profectus/loca Galliæ occupauit: & Tyrrheniam nominauit. Lydia autẽ a Lydo rege fratre/qui in prouincia remanserat cognominata est. Coniungitur autẽ minori Phrygiæ ab occidente: ab ortu Smyrnam urbem habet. quam Helles fluuius cingit. cuius campos Pactolus & Geremus circũfluũt arenis aureis ditissimi. Pamphilia Ciliciæ sociatur: cuius ultima Phaselis. Dehincq; Lychaonia: quæ ab illa parte qua Gallatiæ cõtinua est/habet ciuitates quattuordecim. Isauria ex situ loci perhibeẽ cognominata: q undiq; aperta/aurarum flatibus pateat. Metropolim urbem Seleuciã habet. Cilicia a Cilice quodam nomen traxit: quẽ ortum Phœnice dicunt: antiquioremq; Ioue fuisse asserunt. Plurima iacet campis: recipiens ab occiduo Lyciam: a meridie mare creticũ: a tergo montis Tauri iuga. Hanc Cyduus amnis intersecat matrem urbium habet Tarsum. In ea & Choriscos oppidũ est: unde crocum plurimũ & optimum venit/spiramine flagrantiori & colore aureo. Lycia nuncupata/q ab oriente adiuncta ciliciæ sit. Nã habet ab ortu ciliciam: ab occasu & meridie mare: a septentrione cariam. Ibi est mons Cadinus: qui nocturnis æstibus ignem exhalat. sicut in sicilia Aethna: & Vesenus in campania.

De Europa & eius regionibus. CA. IX.

Post Asiam ad Europam stilus vertendus est. Europa qppe Agenoris Libyæ regis filia fuit: quam Iuppiter ab Aphrica raptam/Cretam aduexit: & partem tertiam orbis ex eius noĩe appellauit. Iste autẽ est Agenor Libyę filius: ex qua & Aphrica fertur cognominata. unde apparet prius Libyę accepisse vocabulũ: postea Europę. Europa autem in tertiam partem orbis diuisa/incipit a flũine Tanai: descẽdẽs ad occasum: per septentrionalẽ oceanum usq; ad fines Ispaniæ: pars orientalis & meridiana a Ponto cõsurgens/tota mari magno coniungitur: & in insulis Gades finitur. Prima Europę regio est Scythia inferior: quæ a Meotidis paludibus incipiẽs/inter Danubium & oceanum septentrionalem usq; ad Germaniam porrigitur. Quæ terra generaliter/ꝑpter barbaras gentes quibus inhabitatur / Barbarica dicitur. Huius pars prima Alania est: quæ ad meotidas paludes pertingit. Post hanc Datia. ubi & Gotthia. Deinde Germania: ubi plurimã partẽ Sueui incoluerunt. Germania post Scythiam inferiorem a Danubio in terrenum fluuium oceanum q; conclusa/cingitur a septẽtrione & occasu oceano: ab ortu vero Danubio: a meridie Rheno flumine dirimitur: terra diues virium/ac populis numerosis & immanibus. Vnde & propter fœcunditatem gignendorum populorum Germania dicta est. Gignit aues hyrcanias: quarum pennę noctu perlucent. Visontes quoq; feras: & ursos atq; alces parturit. Mittit & gemmas crystallũ/& succinum: callaicum quoq; viridem/ & ceraunium candidum. Duæ sunt Germaniæ: superior iuxta septẽtrionalem oceanum: inferior circa Rhenum. Prouinciæ autẽ sunt / quas Danubius a Barbarico ad mediterraneum mare seclusit. Prima est Mysia: a messium prouentu vocata. unde & eam veteres Cereris horreum vocabant. Post Mysiam autem Pãnonia est. Inde noricus ager frigidus: & parthius fructuosus. Post quẽ rheticus ferax frugibus: qui excipit Galliam belgicam. Thraciæ Thrax Iaphet filius illuc veniẽs nomen dedisse perhibetur. Alij a sæuitia incolarum Thraciam appellatam dixerunt. Cuius regionem olim diuersarum gentiũ populi Massagetæ/Sarmatæ/Scythæ/ & aliæ plurimæ nationes incoluerunt. ampla est enim: ideo q plurimos continuit gentes. Hebrũ fluuiũ Thracia fundit: qui etiam gẽtes barbarorum plurimas tangit.

De Græcia & eius prouincijs. CAP. X.

Græcia a Græco rege dicta est: qui cunctam illam regionem i[illegible]it. Sunt autem prouinciæ Græciæ septem. Quarum prima est ab occidẽte Dalmatia. Deinde Cyprus. Inde Hellades. Inde Thessalia. Inde Macedonia. Inde Achaia. Et duæ in mari: Creta/& Cyclades. Illyrica autem generaliter omnis græcia est. Dalmatia a Dalmi maxima eiusdem prouinciæ ciuita

te traxisse nomen existimat. Epyrus a Pyrrho Achillis filio dicitur, cuius pars Chaonia: quæ antea Molossa dicta est / a Molosso filio Pyrrhi quē Andromache habuit, sed postq̃ occisus est Pyrrhus Orestis insidijs / Andromachē Helenus suscepit: tenuitq̃ regnum priuigni qui successerat patri. A quo Molossa dicta est pars Epyri: quā Helenus postea a fratre Chaone / quē in venatu per ignorātiam dicitur occidisse / Chaoniam nominauit: qua si ad solatium fratris extincti. Hellades dicta est a rege Hellana Deucalionis & Pyrrhæ filio: a quo & prius græci hellenes nuncupati sunt. Ipsa est attica terra / ab Atte prius dicta. Nam Granus quidam græciæ indigena fuit: ex cuius filia Attis nomine / attica terra vocata est. Hęc inter Macedoniam & Achaiam mędia iacet: Arcadię a septentrionali parte cōiuncta. Ipsa est & vera Græcia: ubi fuit Athenæ ciuitas / mater liberalium litterarum / & philosophorum nutrix: qua nihil habuit gręcia clarius atq̃ nobilius. In ea est & maritonius campus / opinione quondam prelij cruentissimus. Hellades autē duę sunt prouincię: Boetia & Pelopōnesus. Boetia autem dicta est hac ex causa. Dum Cathinus Agenoris filius Europam sororem a Ioue raptam ex pręcepto genitoris quęreret: nec reperiret: patris iram formidans / confirmato animo elegit exilium. Nam bouis forte secutus vestigia / amplexatus est sedē ubi illa recubauerat: sicq̃ locum de nomine bouis Boetiam nominauit. Vbi & Thebas urbē construxit: in qua olim ciuilia bella detonauerunt: & ubi nati sunt Apollo & Hercules maior ille thebanus. Eadē est Chaonia vocata / a fonte quodam Apollini & Musis cōsecrato: qui in eadem Boetia est. Pelopōnesus vero secunda pars Helladis / a Pelope rege Atticæ vocata est.

Iterum de eodem. CAP. XI.

t Hessalia a Thessalo rege dicta est. quæ ad meridianam plagam. Macedonię cōiūcta est. cuius a tergo Epyrus est. Multa sunt in Thessalia flumina & oppida: inter quæ pręcipue Thessalonica. Ibi est & mons Parnasus quondam Apollini consecratus. Thessalia patria Achillis / & origo Lapitharū fuit. De quibus fertur / q̃ hi primo equos frenis domuerunt: unde & Centauri dicti sunt. In Thessalia primū solidi aurei facti sunt: domandorū quoq̃ equorū usus primum reptus est. Macedoniæ in exordio ab Emathio rege Emathię nomen erat: sed Macedo Deucalionis maternus nepos postq̃ ibi accepit principatum mutauit vocabulū: Macedoniamq̃ a suo nomine dixit. Patria Alexādri magni: & regio aureis venis argentiq̃ opima: lapidem quem pyritē vocant ista gignit. Mons Olympus in ea est: qui excellēti vertice tantus attollitur / ut in cacumine eius nec nubes nec venti sentiantur. Achaia ab Acheo rege / & urbs ex prouincia appellata est. hęc pene insula est. Huius caput est urbs Corinthus: gręcię decus. Arcadia pars Achaiæ est: ut platani folium int[illegible] [illegible]ium & ægeum mare ab euro exposita: quā Arcas Iouis & Calistæ filius pelasgis in deditionē redactis / ex suo nomine Arcadiam nuncupauit. Ipsa est & Sicionia a Sicione rege: a quo & regnum sicioniorū est dictum. Habet autem Arcadia fluuium magnum E[illegible]rotū: Abeston quoq̃ lapidē qui semel accensus nunq̃ extingui-

tur. Candidissimę ibi etiam Merulæ nascuntur.

De cæteris Europæ prouincijs. CAP. XII.

p Annonia ab Alpibus apęninis dicta est quibus ab Italia secernitur: regio fortis / & solo lęta: duobus satis acerbis fluuijs Daro Sanoq̃ vallata est. Coniungitur autem cū notico & Theia. Istriam Ister amnis vocauit: qui eius terram influit. Ipse est Danubius. habet autē Istria a septentrione Pannoniam. Actor. Pannonia Europæ est prouincia: quę ab Hunis quondā occupata / ab eodē populo Hungaria vulgariter est appellata. Quæ duplex est secundū Orosiū: superior & inferior. Inferior quidem est in ulteriori Dacia / iuxta Meotides paludes cōstituta. a qua Huni venatiōis grā primitus exeūtes / per lōgissima paludum & terrarum spacia & ceruorum & bestiarum vestigia insequentes: tandē solum Pannoniæ inuenerunt. Qui reuersi ad propria / collecto agmine in Pannoniam redierūt: & expulsis incolis a primęua sua origine / nomē genti & patriæ indiderunt. Isidorus. Vbi supra Italia / olim a Græcis populis occupata / magna gręcia appellata est. Deīde a regis nomine Saturnia / mox & Latium dicta: eo q̃ idem Saturnus a Ioue sedibus suis pulsus ibi latuerit. Postremo ab Italo siculorum rege ibi regnante Italia nuncupata est. Cuius situs longitudine amplius q̃ latitudine a Circio in Eurum extēditur. A meridie tyrrheno mari / ab aquilone hadriatico clauditur: terra omnibus in rebus pulcherrima / soli fertilitate / pabuli ubertate gratissima. Habet lacus Venacum: Auernum atq̃ Lucrinum. fluuios Eridanum: Tyberim: & tepētes fontibus Baias. Gignit gemmas sityten: corallium: & ligurium. Boam quoq̃ serpentem: lyncem feram: & diomedæas aues. Italia autem & Ispania idcirco hesperię dictę sunt: q̃ græci hespero stella nauigent in Italiam & in Ispaniam. Quæ hac regione discernuntur: aut hesperiam solam dicis / & significas Italiam: aut addis ultimam / & significas Ispaniam: quę in occidentis est fine. Actor. Inter omnes autem Europæ regiones occidētales Italia obtinet principatum. Insulas enim habet nobiles / & portus maris insignes: prouincias cunctis diuitijs locupletes: ciuitates populosissimas. Est autē contra septentrionem altissimis alpibus cicundata: & montium iugis: ex quibus oriuntur flumina Rhenus: Danubius: Rhodanus: & Secana. Isidorus. Tuscia pars est Italiæ: Vmbria vero pars Tusciæ. Actor. Tuscia Italiæ est prouincia inter ligures & romanorū territorium collocata: quæ difficilibus montium iugis / & accessibus locorum valde altis & artis fortissime est munita. A thuris frequētia dicta. Nam in illis partibus in mortuorum exequijs antiqui thura cremare & offerre / religionis & deuotiōis gratia solebant: & suos mortuos affectu lachrymabili deplangebant. Thura etiam in aris Deo potissime incendebāt. quia ut dicitur / in Tuscia ars aruspicum primitus est reperta. Hæc & Aemilia fuit primitus nominata: habens inclytas & nobiles ciuitates. ab occidente contra Liguriam habet: Pisam: & Senes: Lucam: Florentiam. Contra septentrionem urbē veterem. contra orientem Aretium. contra meridiem Turthonā: Perusium: & Assysium: quę valli spoletanę sunt contiguæ & vicinæ. Habet ab oriente mare hadriati

cum & Marchiam. A meridie Tyberim ripam: &
Romam. Ab occidente mediolanensem Liguriã.
A septentrione Romaniolam: & proninciam Pa
duanam. Isidorus. Vmbria ꝟo ut historiæ narrãt/
ab eo ꝙ tempore aquosæ cladis imbribus super-
fuerit: & ob hoc Vmbria grece cognominata est.
Est enim in iugis Apęnini montis sita/in parte Ita
liæ iuxta meridiem. Aethruria pars est Italiæ: dic-
ta ꝙ eius fines tendebãtur usq; ad ripam tyberis.
quasi heteron oros. heteron enim alterum/oros fi
nis vocatur. R oma enim antea unam tm̃ Tyberis
ripam tenebat. Hæc & Tuscia. Tuscia autẽ a fre-
quentia sacrificij thuris dicta est. Illic & aruspici
nam dicunt repertam. Apulia est ubi Brundusiũ:
quam Thelioli msecuti Diomedẽ ducem condide
runt. Actor. Apulia est regio maritima in Italia:
quæ pars est Europæ: ab insula Siciliæ per maris
brachium separata. terra siquidẽ est multũ popu-
losa/auro & argento referta: frumento / mero &
oleo opulenta: ciuitatibus nobilissimis inclyta: ca-
stris & oppidis pręmunita: frugibus & diuersi ge
neris fructibus fertilis & fœcunda. Finis est Euro
pæ contra meridiem: quę solo mari a Barbaria est
diuisa. Fontes dicitur habere calidos/infirmis præ
bentes sanitatem & medicinam. Metropolis autẽ
illius regionis Brundusium: quam Græci quondã
ædificauerunt. a brunda græce/ quasi caput cerui
latine. Isidorus. Campania prouincia Italiæ: habet
terras hyeme anni atq; ęstate vernantes. & sol ibi
mitis: grata temperies: aer purus & blandus. Ac-
tor. Campania est Italiæ prouincia/ inter romanũ
territorium & Apuliam collocata. Cuius metro-
polis quondam fuit Capua: a Siluio rege albano-
rum exacta. a capacitate sic dicta: eo ꝙ eius terra
omnẽ fructum vitę capiat. uñ & caput est Cãpa
niæ: cuius adhuc duæ maximę sunt ciuitates: scili-
cet Roma & Carthago. Ex hac etiam aliquando
tota prouincia Italiæ Cãpania fuit appellata: plu-
res alias habens ciuitates famosas / locupletes &
populosas. sicut Neapolim.

Adhuc de eodem CAP. XIII.

g Allia dicta est a candore populi. galla e-
nim grece lac latine dicitur. Montes em̃
& rigor cœli ab ea parte solis ardorẽ ex
cludunt: quo fit ut candor corporum non colere-
tur. cuius initiũ Belgica: finis Germania est. Aqui
tania est regio gleba uberi ac pabulosa/ & ad usũ
animantium apta. Fluminibus quoq; & fontibus
irrigua: perfusa duobus magnis/Rheno & Rho-
dano fluuijs. Belgis autẽ ciuitas est Galliæ: a qua
Belgica prouĩcia dicta est cisalpina: quia citra Al-
pes transalpina/id est trans alpes contra septẽtri-
onem. Rheatina vero/ꝙ sit iuxta Rhenum. Aqui
tania autem ab obliquitate aquarum Liguris flu-
minis est appellata: q ex plurima parte terminus
eius est: eamq; pene in orbem cingit. Actor. Bel-
gica dicitur Galliæ prouincia. Ab oriente ut Oro
sius dicit/habet Germaniam fine flumine Rheni.
Ab Europa habet Alpes apœninas. A meridie ꝓ
uinciam Narbonensem. in qua ciuitas Arelaten-
sis sita est. Ab occasu prouinciam Lugdunensem.
A Circio oceanum britanicum. A septentrione
Britanicam insulã/siue Angliam. Hæc regioni fru
gibus & fructibus est secũda. Isidorus. Ispania pri
us ab Ibero amne Iberia nũcupata fuit: postea ab
Ispano / alias Ispalo fluuio Ispania cognominata
est/& vera Hesperia/ ab Hespero stella occiden-
tali dicta. Sita est autem inter Aphricã & Galliã.
A septentrione Pyrenęis montibus clausa. A reli
quis partibus undiq; mari cõclusa. Salubritate cę
li æqualis: omnium frugum generibus fœcunda:
gemmarum/metallorumq; copijs ditissima. Inter
fluunt eam flumina magna Betis: Mineus: Beris:
& Tagus aurum trahens ut Pactolus. Habet pro
uincias sex: Tarraconensem: Carthaginensem: Lu
sitaniam: Gallicam: Beticam: & trans freta in regi
one Aphricæ Tingitanam. Duę sunt autem Ispa-
niæ: Citerior / quæ in septentrionis plaga a Pyre-
neo usq; ad Carthaginẽ porrigitur. Vlterior/quæ
in meridiem a Celtiberis usq; ad Gaditanum fre-
tum extenditnr.

De Aphrica & regionibu illius.
CAP. XIIII.

a Phricam autem nominatam quidam in
de existimant/quasi a phricam: ꝙ sit ap
ta cęlo vel soli / & sine horrore frigoris.
Alij dicunt Aphricam appellari ab uno ex poste-
ris Abraę/de Cethura: qui vocatus est Apher. de
quo supra meminimus. Eadẽ & Libya dicta est:
ꝙ inde Libs flat/hoc est aphricus. Alij aiunt Epa
phum Iouis filiũ/qui Memphim in Aegypto con
didit: ex Cassiotha uxore procreasse filiã Libyam
quę postea in Aphrica regnum possedit. cuius ex
nomine terra Libya est nuncupata. Incipit autem
a finibus Aegypti/pergens iuxta meridiẽ per ęthi
opiam usq; ad Atlantem montem. a septentriona
li vero parte mediterraneo mari coniuncta claudi
tur: & in Gaditaneum fretũ finitur. Actor. Est au
tem illa pars mundi quæ Aphrica dicitur / minor
spacio ꝙ̃ Asia vel Europa: sed pro sua quantitate
ditior est/& mirabilior in qualitate. Nam in auro
& gemmis ditissima est/similiter in frugibus/fru-
ctibus & olinis. Mirabilissimas etiã producit be-
stiarum & hominum species & figuras. Solis ar-
doribus præ allis terris exurit. Varijs oceani etiã
finibus intercipitur. arenarum cumulis sterilis in
multis partibus efficit. Et a satyris / tigridibus &
alijs horrendis bestijs possidetur. Isidorus: Habet
autem Aphrica prouincias Libyam cyrenensem:
Pentapolim: Tripolim: Byçantium: Carthaginẽ.
Numidiam. Mauritaniã: Tingitanam: & circa so-
lis ardorem Aethiopiam. Libya cyrenensis in par
te Aphricæ prima est: a Cyrene urbe metropoli /
quæ est in eius finibus collocata. Huic ab oriente
Aegyptus est. ab occasu syrtes maiores: & Tro-
glodítæ. a septentrione mare libycum. A meridie
Aethyopia/& barbarorum variæ nationes: & so
litudines inaccessibiles. Quæ etiam Basiliscos ser
pentes creat. Pentapolis gręca lingua a quinq; ur
bibus est nũcupata: id est a Berenice/Cyrene: Cẽ
tria: Apollonia. Ptolomaida. ex quibus Ptoloma
ida & Berenice a regibus nominatæ sunt. Est au-
tem Pentapolis Libyæ cyrenensi adiũcta/& eius
finibus deputata. Tripolitanam quoq; prouinciã
græci sua lingua signant de numero trium mag-
narum urbium: Occa/Sabreta/Leptis magna. Ac
tor. Tripolitana regio est duplex. Vna est in Phę
nice: dicta a Tripoli ciuitate famosissima. quæ to-
·s patriæ in circũitu propter nimiã sui fortitudi
m est defensio & munimen. Alia vero est in A
rica inter Pentapolim & Byçantium: a tribus
gnis urbibus sic vocata/ scilicet ut iam dictum

est. Isidorus. Bisacea regio ex duobus nobilissimis oppidis nomen sortita est. ex quibus unū Adrometus vocatur. Alterū Byçantium. Hæc sub Tripoli est patens passuum.200. vel amplitudinis milia: fœcunda oleis & glebis: ita perpinguis: ut iacti ibi seminis incrementa pene cētesima fruge renascantur. Zeugis ubi Carthago magna: ipsa est & vera Aphrica inter Byçantium & Numidiam sita. A septentrione mari siculo iuncta: & a meridie usq; ad getulorum regionem porrecta. Cuius proxima queq; frugifera sunt. ulteriora autē bestiis & serpētibus plena/atq; onagris magnis in desertum vagantibus. Getulia autem Aphricæ pars mediterranea est. Actor. Getulia Aphricę est prouincia: a gręcis qui scilicet de græcorum processerūt reliquijs dicta: qui ingenti cōgregato nauigio/usq; ad Libyæ partes prouenerūt: & ibi sedes suas usq; hodie posuerūt. Et quia ex Gotthis venerūt Getuli nūcupati sunt. Et ideo est opinio apud gręcos mauros: ex illa gente sibi esse consanguineos & propinquos. Isidorus. Numidia ab incolis passim vagantibus sic est vocata/ q nullam certā habent sedem. Nā lingua eorum/incertæ sedes & vagę numidię dicunt. Incipit autē a flumine Aruisaga: & in tingitaneū limitē desinit. Regio cāpis prępinguis: ubi autē siluestris est/feras educit: ubi iugis ardua/equos & onagros pcreat. Eximio etiā marmore prædicat qd numidicū dicit. Habet autem urbes præcipuas Hipponē: Rhegiū: & Russicadā. als Fusicadā. Plinius li.5. Numidia metagonitis terra a gręcis est appellata. Numidæ vero nomades/a permutandis papilionibus: mapalia sua hoc est domus plaustris circumferentes. Oppida Collurus: Ichade. Ab ea ad.28. milia passuū in mediterraneo colonia Cyrtha/ Sicianorū cognomine. Et alia intus Sicca: Liberū quoq; oppidū Bulla rege. Et in ora tacuata Hippo regius: flumē Armua: oppidum Rachabracha ciuiū romanorum. Tusta fluuius Numidiæ finis. Nec pręter marmoris numidici/ferarumq; prouentū aliud insigne.

Iterum de eodem. CAP. XV.

m Auron græci nigrum vocant. Sicut ergo Gallia a candore populi/ita Mauritania a nigro nomen sortita est. Cuius prima prouincia Mauritania. Sitiphensis est quę Sitiphi habuit oppidū: a quo & vocabulū regio traxisse perhibetur. Mauritania vero cæsariensis coloniæ Cęsareæ ciuitatis fuit: & nomen prouincię ex ea datum. Vtræq; autē prouincię sibi coniunctæ. Mauritania Tingitana a Tingi metropolitana huius prouincię ciuitate vocata est. Regio gignēs feras simeas/dracones & strutiōes. Olim etiā & elephantis plena fuit: quos sola nūc India gignit. Garamantis regionis caput Garama oppidū fuit. Est autem inter Cyrenensem & Aethyopiam: ubi est fons qui friget calore diei: & calet frigore noctis. Aethyopia dicta est a colore populorū/ quos solis vicinitas torret. Deniq; vim sideris prodit hominum color. Est enim ibi iugis æstus. Nam quicquid eius est/sub meridiano cardine est. Circa occiduum autem mōtuosa est: arenosa in medio: ad orientalem vero plagā deserta. Cuius situs ab occiduo Atlantis montis ad orientem usq; in Aegypti fines porrigitur. A meridie oceano/a septētrione Nilo flumine clauditur: plurimas habens gentes diuerso vultu & monstrosa specie horribi

Ferarum quoq; & serpentum referta est multitudine. Illic quoq; rhinocerota bestia: & camelopardus: & basiliscus. Dracones ingentes: ex quorum cerebro gemmæ extrahuntur. Hiacynthus & chrysopassus ibi reperiuntur. Cinnamomum ibi colligitur. Duæ sunt autem Aethiopię. Vna contra ortū solis: altera contra occasum in Mauritania. Extra tres autē partes orbis quarta est trans oceanū interior in meridie: quæ solis ardore incognita nobis est: in cuius finibus antipodes fabulose inhabitare produntur. Proxima autem Ispanię Mauritania est: deinde Numidia: inde regio Carthaginensis. Post quā Getuliam accepimus: postea Aethiopiam: inde loca exusta solis ardoribus.

De insulis oceani quo cingitur orbis.

CAP. XVI.

i Nsulę dictę sunt/eo q in salo sint: id est in mari. Ex his quoq; notissimę & maximæ / quas plurimi veterum sollerti studio indagauerunt notandæ sunt. Britania oceani insula interfuso mari toto orbe diffusa/ vocabulo suæ gentis cognominata est. Hæc aduersa Galliarum parte ad prospectum Ispaniæ sita est. Circūitus eius quadragies octies quadragitaquinq; miliaria. Multa & magna flumina habet. In ea fontes calidi: & metallorum larga & varia copia. Gagates lapis ibi plurimus: & margaritæ. Thanatos insula oceani/freto gallico a Britania est vario tenuiq; separata: frumentarijs campis & gleba uberi. Dicta est autem Thanatos a morte serpentum: quos dum ipsa nesciat: aportata inde terra quacūq; gentium vecta sit/angues ilico perimit. Tile ultima est oceani inter septentrionalem & occidentalem plagam ultra Britaniam: a sole nomen habens. quia in ea æstiuum solsticium sol facit: & cōtinuus in ea solsticiali tēpore dies/ brumaliq; nox perennis exigitur: ultra quam nauigatione unius diei pigrum & concretū est mare. Solinus. Tilos Indię insula est: & fert palmas: oleum creat: vineis abundat. Terras omnes hoc miraculo sola vincit: q quæcunq; in ea nascitur arbor/ nunq; caret folio. Ibi mons Caucasus: qui maximam orbis partē perpetuis iugis penetrat. Frōti qua soli obuersus est/arbores piperis ostentat: quas ad iuniperi similitudinē diuersi fructus edere asseuerant. Qui pene immaturi exeunt/dicitur piper longū: quod incorruptum est/piper album. Quorum cutē rugosam & torridam calor fecerit / nomen trahunt de colore. Isidorus. Orcades insulæ oceani / intra Britaniam positę numero trigintatres: quarum viginti desertę sunt: tredecim incoluntur. Scotia eadem & Ibernia / proxima Britaniæ insula: spacio terrarum angustior / sed situ fœcundior. Hæc ab aphrico in Boream porrigitur: cuius partes priores in Iberniam & cantabricum oceanum intendunt. Vnde & Ibernia dicta est. Scotia autē a Scotorum gentibus creditur appellata. Illic nullus anguis: auis rara: apis nulla: adeo/ut auectos inde pulueres vel lapillos si quis alibi sparserit inter alueária/examina fauos deserāt. Gaddis insula est in fine Bethycę prouincię sita: quæ dirimit Europam ab Aphrica: in qua Herculis columnę visuntur: et unde tyrrheni maris faucibus æstus immittit. Est autem a cōtinenti terra.120.passibus diuisa. Quā Tyri a rubro mari profecti occupātes / lingua sua Gaddis/id est septam nominauerūt: pro eo q cir

cumſepta ſit mari. Naſcitur in ea arbor ſimilis pal-
mæ: cuius gummi infectum vitrum/ceraunim gē
mam reddit.

Iterum de eodem. CAP. XVII.

f Ortunatæ inſulæ/ hoc ſuo vocabulo ſi-
gnificant omnia ferre bona: quia fęlices
& beatę fructuū ubertate. ſuapte enim
natura precioſarum poma ſiluarum parturit: for-
tuitis vitibus iuga collium veſtiuntur. ad herbarū
vicem meſſis & holus vulgo eſt. Vnde gentilium
error/& ſæcularium carmina Poetarum/propter
ſoli fœcunditatē eaſdem eſſe Paradiſum putaue-
runt. Harum prima Aproſitus dicitur. Secūda Iu-
niana. Tertia Pluitina. Quarta Caſperia. Alia Ni
ueria: quę aere nebuloſo & cōcreto eſt. Mox Ca-
naria/canibus immenſę magnitudinis plena. Om
nes auibus plenæ/nemoroſæ/palmiferæ: nuce pi-
neæ/mellis copia/animalibuſq; ſilueſtribus/ & pi
ſcibus abundantes. Sitę ſunt autem in oceano cō-
tra læuam Mauritanię: inter meridiem occaſumq;
occiduo proximæ/& inter ſe īteriecto mari diſcre
tę. Gorgonides inſulæ ſunt oceani / obuerſę pro-
mōtorio quod vocatur Heſperius. Quas incolue
runt Gorgones fœminę alatæ: id eſt celeri pernici
tate hirſutę & aſpero corpore. & ex his īſulę cog-
nominatę. Diſtant autem a continenti terra bidui
nauigatione. Heſperidum inſulę vocatę ſunt a ci-
uitate Heſperida: quę fuit in fine Mauritaniæ. Sūt
enim ultra Gorgonides ſitę ad atlantęum littus in
intimis maris ſinibus. In quarum hortis fingūt fa-
bulę draconem peruigilem aurea mala ſeruātem.
Fertur enim ibi eſſe maris varium/ adeoq; ſinuo-
ſis lateribus tortuoſum: ut viſentibus procul lap-
ſus angueos imitetur. Chryſe & Argyre ſunt inſu
læ i indico oceano ſitæ: adeo fœcūdæ copia metal
lorum/ut plęriq; eas auream ſuperficiem & argē-
team habere prodiderunt. unde & vocabulū ſor-
titę ſunt. Taprobana inſula eſt Indiæ/ ſubiacēs ad
eurum: ex qua oceanus indicus incipit. Patens in
longitudine octingentis ſeptuagintaquinq; mili-
bus paſſuum: in latitudine ſexingētis vigintiquin
q; milibus ſtadiorum. Sciditur amne interfluo:
tota margaritis repleta & gemmis. Pars eius be-
ſtijs & elephantis repleta eſt: partem vero homi-
nes tenent. Homines autem ibi maiores ultra om
nium mēſuram/rutilis comis/cęruleis oculis/acu-
tioris ſoni: nullo linguæ cōmercio alteri generi ſo
ciatur. Cum negociatoribus alijs in ripa fluminis
merces opponunt: ac vix cōplacitas mutuāt. Etas
illis ultra humanā fragilitatem prolixa eſt: ut īma-
ture pereat qui centenarius moritur. Nulli per di
em ſomnus. Annona eodem ſemper tenore. Aedi
ficia humilia paruaq;. Vitem neſciunt: redundant
pomis. Culturas & venatus amāt: videlicet tigri-
dum & elephantorum. Piſcationibus delectātur:
pſertim quæ teſtudinū: quarū ſuperficie domus
familiarum capaces operiant. In hac inſula dicunt
in uno anno duas eſſe æſtates/& duas hyemes. et
bis floribus vernare locum. Tile eſt inſula Indiæ:
virens omni tēpore folijs. Hucuſq; oceani inſulæ.

De inſulis maris magni: ſcilicet mediter
ranei. CAP. XVIII.

i Tem ſunt aliæ inſulę quę ab Helleſpon-
to uſq; ad Gaddes in mari magno ſunt
conſtitutę. Cyprus inſula a ciuitate Cy-
pro quę in ea ē nomē accepit. Ipſa eſt & Paphos/
Veneri cōſecrata: ī carpathio mari: vicina auſtro:
famoſa quondam diuitijs: & maxime æris. Ibi eñ
prima inuentio huius metalli fuit & utilitas. Cre-
ta inſula Gręciæ pars eſt ingens contra Pelopon-
neſum: dicta a Crete quodam indigena: quē aiunt
unum cretenſium fuiſſe a quibus Iuppiter ibi ab-
ſconditus eſt & enutritus. Eſt autem iuſula Græ-
cię inter ortum ſolis & occaſum longiſſimo trac-
tu porrecta. A ſeptentrione græcię ęſtibus/ab au
ſtro ægyptijs undis perfuſa. Fuit autem quōdam
centum urbibus nobilis: unde & hæc Centopolis
dicta eſt. Prima & remis & ſagittis claruit: prima
litteris iura finxit: equeſtres turmas prima docuit.
Studium muſicum ab Idæis Dactylis in ea incę-
ptū eſt. Capris copioſa: ceruis eget. Lupos & vul
pes aliaq; ferarū noxia nuſq; gignit. Serpens nul-
la ibi: nulla noctua: & ſi īuehatur/ſtatim moritur.
Larga eſt autem vitibus & arboribus. Diptānus
herba in Creta naſcitur: & Alimoſa / quæ morſa
diuturnam famem prohibet. Sfalangos autem ve
nenatos gignit: & lapidem qui idæus dactylus di
citur. Abydos inſula eſt in Europa ſuper Helleſ-
pontum poſita: anguſto & periculoſo mari ſepa-
rata. & ab ydos græce dicta: q; ſit introitus Helleſ
ponti maris: in quo Xerxes pontē ex nauibus fe-
cit & in Græciam tranſijt. Coos inſula eſt adiacēs
prouincię Atticę: in qua Hippocrates medicus na
tus eſt. Quæ ut Varro teſtis eſt/ arte lanificij pri-
ma in ornamentum fœminarum inclaruit. Ex hac
oriundus & Apelles pictor egregius. Ouidius: Si
Venerem cous nunq; pinxiſſet Apelles. Dicta a
Coa Meropis filia / q̄ ibi regnauit. Ambitus eius
quingentis & quinquaginta ſtadijs clauditur: to-
ta fertilis & optimo vino abundans.

De inſulis Cycladibus.
CAP. XIX.

c Yclades græce quondā inſulas inde au
tumant dictas: q; licet ſpacijs longiori-
bus a Delo proiectę in orbem/ tamē cir
ca Delum ſitæ ſunt. Nam orbem cydon græci lo-
quuntur. Quidam vero non q; in orbē digeſtæ/
ſed propter ſcopulos qui circa eaſdem ſunt / dic-
tas cyclades putant. Hę in Helleſponto inter Ae-
geum & Maleum mare conſtitutæ/cicumdantur
etiam Myrtheo pelago. Sunt autē omnes nume-
ro quinquagintatres/tendentes a ſeptentrione in
meridiem per miliaria quingenta: ab orīete in oc-
caſum per miliaria ducenta. Metropolis earum
Rhodus. Delos eſt inſula in medio cycladum ſita.
Et dicta a Delos fertur: quia poſt diluuium quod
Ogygis temporibus notatur / cum orbem multis
menſibus continua nox inumbraſſet/ante omnes
terras radijs ſolis illumīata eſt: ſortitaq; eſt ex eo
nomen/ q; prima viſibus manifeſta fuiſſet. Nam
delum græci manifeſtum dicunt. Ipſa eſt & Orty
gia: eo q; ibi primum viſæ ſunt coturnices aues:
quas gręci ortygias vocant. In hac inſula Latona
enixa eſt Apollinem & Dianam. Delos autem et
ciuitas & inſula dicitur. Rhodus cycladum prima
eſt ab oriente: in qua Roſe capitolium dicitur eſſe
inuentum dum ibi ciuitas conderetur: ex quo &
urbs & inſula Rhodus eſt appellata. In hac urbe
Solis Coloſſus fuit ęreus/ſeptuaginta cubitorum
altitudine: apud antiquos ſcriptores plurimū cele
bris. A quo & Rhodij Coloſſenſes appellant. Fu
erūt & alij. 100. numero in eadē inſula coloſſi mi-

nores. Fertur autē quondam hæc insula adeo magno terremotu concussa fuisse: ut labentibus in illis tectis/ingens quoq̧ ille colossus rueret. Tenedos una ex cycladibus ad septentrionem sita: in q̃ olim ciuitas Athenæ condita est. unde nomen urbis illius/vel potius insulæ fuit. Nā Tenes illa infamatus/ꝙ cum nouerca sua concubuisset: fugiēs in hanc insulam vacuā cultoribus obtinuit. unde & Tenedos insula dicta est. Sic Cicero inquit: Tenem ipsum/ cuius ex nomine Tenedos nominat̃. Naxos insula cycladum: a Dionysio dicta: quasi dianaxos: ꝙ fertilitate vitium vincat cæteras. Est autem a Delo per decē & octo milia passuum separata: ex qua olim Iuppiter fertur aduersus Titanas fuisse profectus. Delos ex numero cycladum una omnium insularum rotundissima: unde & nūcupata. Carpatos est una ex cycladibus a meridie posita contra Aegyptum: a qua Carpatium mare est appellatū: vocata propter celerem fructuū maturitatem. Est enim inter Aegyptū & Rhodum. Ex hac insula ducūtur & Carpatiæ naues magnæ & spaciosæ. Cytherea una est ex cycladibus a parte occidua: vocata/ꝙ ibi sit Venus orta. cui antea Porphiris nomē fuit. Icaria est una de cycladibus: quæ Icario mari nomen dedit. Hæc inter Samum & Mychaoniam procurrentibus saxis inhospitalis est/& nullis sinibus portuosa. Dicitur autē Icarum cretensem ibi naufragio interiſſe: & de exitu hominis impositum nomen loco.

De cæteris insulis magni maris.

CAP. XX.

h Istoria dicit ex Iasone natum fuisse Philomęum & Plutum: ex Philomeo Pareantem genitum: qui de suo nomine Paron insulam / & oppidum appellauit. Prius autem Minoia/deinde Paros est dicta. de qua Vergilius: Niueamq̧ Paron. Gignit enim marmor cādidissimum/quod Parium dicunt. Mittitq̧ Sardē lapidem marmoribus quidem pręstantiorem/sed inter gēmas vilissimū. Chios insula syra. Syri ēm masticen chion vocant. Samos insula est in mari ægeo: ubi nata est Iuno. ex qua fuit Sibylla samia: Pythagoras samius: a quo philosophię nomen inuentū est. In hac insula reperta prius fictilia vasa traduntur: unde & vasa samia appellata sunt. Sicilia a Sicano rege Sicania dicta est: deinde a Siculo fratre Sicilia. Prius autem Trinacria dicta: propter tria acria/id est promontoria: Pelorū: Pachynum & Lilybęum. Hæc ab Italia ex iugo freto discreta/aphricum mare prospectans: terris frugifera: auro abundans: cauernis tamen & phistulis penetrabilis: ventisq̧ & sulphure plena. unde & ibi Aethnę montis extant incēdia. In cuius freto Scylla & Charybdis: quibus nauigia aut absorbentur aut colliduntur. Fuit autem quōdam propria patria cyclopum: & postea nutrix tyrannorum: frugum fertilis/ac primū terris omnibus cōmissis seminibus aratro proscissa. Principem urbium Syracusas habet: & fontem Arethusum: & Alphæū fluuium magnorū generatorē equorum. In ea insula primū est inuenta comœdia. Achatem lapidem ipsa primū ex Achate flumine protulit. Parturit & mare eius corallium: gignit & sales agrigētinos in igne solubiles/crepitātes in aquis. Omnis ambitus eius clauditur stadiorum trium milium. Salustius autem dicit Italiæ coniunctam Siciliam fuisse: sed medium spacium impetu maris diuisum & per angustiā scissum. Tapsus insula stadijs decem a Sicilia remota: iacens & planior: unde & nuncupata. de qua Vergilius: Tapsumq̧ iacentem. Aeoliæ insulæ Siciliæ appellatæ sunt ab Aeolo Hypotæ filio: quem Poetæ finxerunt regem fuisse ventorū. Sed ut Varro dicit/rector fuit istarū insularum: & quoniam ex earū nebulis & fumo futuros prædicebat flatus ventorum/ab imperitis visus est vētos sua potestate retinuisse. Eędem insulę & Vulcanię vocantur: ꝙ & ipsę sicut Aethna ardeant. Sunt autem nouem: habentes propria nomina. Quarū prima Liparus: quoniam Lipar vocabatur qui eam primus rexit. Altera Therasia vocatur: ꝙ sit collibus excellentissima. Tertia Strōgylos: in qua Aeolus regnare fertur. Reliquę vero/scilicet Didyme/Erisysa/Festia Fenicusa/Enonimon/Stripodes sonorę: quę quoniam nocte ardent/æolię siue vulcaniæ dicuntur. Ex his quædam ab initio non fuerunt: postea mari editæ sunt: & usq̧ nunc permanent.

Adhuc de eodem. CAP. XXI.

s Ardis Hercule procreatus/cum magna multitudine a Libya profectus/ Sardiniam occupauit: & ex suo vocabulo insulæ nomen dedit. Hæc in aphrico mari facie vestigij humani tam in orientem q̃ in occidentem latior prominet/ferme paribus lateribus: quę in meridiem & septentrionem verungt: terra patens in longitudine miliaribus. 140. in latitudine. 40. In ea neq̧ lupus: sed soli fuga tm̄ animal exiguum: hominibus perniciosum. Venenū quoq̧ non nascitur ibi. nisi herba per scriptores plurimos & poetas memorata/apiastro similis: quæ hominibus rictus contrahit/& quasi ridentes interimit. Fontes habet Sardinia calidos/ infirmis medelam pręben tes: furibus cæcitatem / si sacramento dato oculos aquis eius tetigerint. Corsicæ insulæ exordiū incolæ Ligures dederunt: appellantes eam ex nomine ducis. Nam mulier quędā ligur Corsica nomine/ cū taurum ex grege quem prope littora regebat/transnatare solitum/atq̧ per interualla corpore aucto remeare videret: cupiēs scire incognita sibi pabula: taurum a cęteris digredientem usq̧ ad insulā nauigio prosecuta est. cuius regressu insulæ fertilitatem cognoscentes/ligneis ratibus ibi profecti sunt: eamq̧ nomine mulieris auctoris & ducis appellauerunt. Hæc græce Cyrene dicitur: a Cyrno Herculis filio habitata. De qua Vergilius: Cyrena Taxos. Diuiditur autē a Sardinia viginti miliariorꝝ/freto cincta ligustici æquoris sinu ad prospectum Italiæ. Est autem multis promontorijs angulosa/gignens lætissima pabula: & lapidē quem cacocytem græci vocant. Ebulus insula est Ispaniæ: dicta ꝙ innocua sit a serpentū morsibus. cuius terram serpentes fugiunt. Huic cōtraria est Colubraria: quæ referta est anguibus. Baleares insulæ Ispaniæ duæ sunt: Aphrosiades & Gymnesias/maior & minor. Vnde & eas vulgus Maioricam & Minoricam nuncupat. In his primū inuentus est usus fundarum: quibus lapides emittūtur. Vnde & Baleares sunt dictę. balin enim grece emittere dicitur. unde & balista quasi missa. & fundabulū. Vergilius: Balearis verbera fundæ. Commune est insulis ut promineant. unde et loca eorꝝ promontoria dicuntur. Sic Salustius de Sardinia

in oriente latior prominet ꝙ in occidente.

De ꝓmūctorijs siue ꝓmōtorijs. CA. XXII.

S Ygeum promūctoriū vel promontori/
um Asię/ ubi Hellespontus apertius di/
latat̃. dictū est autē sygeū propter Her/
culis taciturnitatē: quia prohibitus hospitio a Lao
medōte troianorū rege/ simulauit abscessū: & in
de contra Troiā cū silentio venit: quod dicit̃ syge.
Maleū promontoriū gręcię: quod intrat mare: &
per miliaria quinquaginta protēdit̃. Vbi unda ita
sęua est/ut persequi nauigantes videat̃. Hoc autē
promontoriū a Maleo rege argiuoꝝ nomen acce
pit. Pelorū promōtoriū Siciliæ: respiciēs ad Aqui
lonem secundū Salustiū. dictū a gubernatore Hā
nibalis illic sepulto. Pachynū promontoriū Sicilię
austrū expectans: ab aeris crassitudine dictū. nam
ibi aer est crassus & pinguis. austro em̄ perflatur.
Lilybeum promontoriū Siciliæ/solis occasum in/
tendēs: vocatū sic ab eiusdē nominis ciuitate quę
ibi sita est. Barion promōtoriū Numidiæ: vocatū
eo ꝙ aqlonē intēdat. Calpis Ispaniæ ꝓmontoriū.

De montibus. CAP. XXIII.

M Ontes sunt tumores terrarū altissimi: di
cti/ ꝙ sint eminentes. Quidā autem ꝓ
prijs ex causis vocati sunt: ex qbus no/
tandi sunt: qui opinione maximi celebrant̃. Mons
Caucasus ab India usqꝫ ad Taurū porrectus: pro
gentiū & linguaꝝ varietate/ quoquouersum va/
dit/diuersis nomibus nuncupat̃. Vbi ad oriētē in
excelsiore consurgit sublimitatē/ propter initij cā
dore Caucasus nūcupat̃. Nā orientali lingua cau/
casum significat candidū: id est niuibus dēsissimis
candidantem. Vnde & eū Scythæ/qui eidē mon
ti iungūtur/croacasin vocauerunt. casin em̄ apud
eos candor siue nix dicitur. Mons Taurus a plæ/
risqꝫ idem vocatur qui & caucasus. Libanus mōs
Phenicū altissimus: cuius meminerūt Prophetæ.
dictus a thure quia ibi colligit̃. cuius ea pars quæ
est super eū ad orientalem plagā respiciens/ Anti
libanus appellatur: id est/contra libanū. Ararath
mons Armeniæ: in quo arcam historiæ post dilu/
uium resedisse testant̃. Vnde & usqꝫ hodie ibidē
lignorum eius vident̃ vestigia. Acroceraunij mō
tes propter altitudinē & fulminum iactus vocati
sunt. græce enim fulmen ceraunios dicit̃. Sunt aūt
inter Armeniā & Iberiā: incipientes a portis caspi
is usqꝫ ad fontē tigridis fluuij. Hyperborei mōtes
in Scythia: dicti ꝙ supra/ id est ultra eos flat bore
as. Riphei montes in capite sunt: a perpetuo ven
torum flatu nominati. Olympus mons Macedo/
niæ nimiū pręcelsus: ita ut sup illo nubes esse dicā
tur. de quo Vergilius: Nubes excessit Olympus.
Dictus aūt Olympus/quasi olo lāpas/hoc est to/
tus lucens. Hic mons Macedoniā diuidit a Thra/
cia. Athos mons macedoniæ: & ipse altior nubi/
bus: tantoqꝫ sublimis/ ut in Lemnū insulā umbra
eius protendat̃: quę ab eo. 76. miliaribus separat̃.
Parnasus mons est Thessalię iuxta Boetiā: qui ge
mino vertice est erectus in cœlū. Hic in duo findi
tur iuga: Cyrrhā & Nysan. unde & nuncupatus:
eo ꝙ in singulis iugis colebant̃ Apollo & Liber.
Hæc iuga a duobus fratribus/Cytheron & Heli/
con appellant̃. nā helicon dictus/ab helicone fra/
tre cytherōis. Itē Ceraunij sunt mōtes Epiri: a cre
bris dicti fulminibus. Apeninus mons appellatus
qsi alpes pœnię: quia Hannibal veniēs ad
easdē alpes aperuit. unde & Vergilius: Alpes im/
mittit apertas. Has em̄ Hannibal post bella Ispa/
niæ aceto rupit. Iuuenalis: Et monte rupit aceto.
& inde loca ipsa quę rupit apenīnę alpes vocant̃.
Mōs Aethna ex igne & sulphure dictus. unde &
gehenna. Constat autē hunc ab ea parte qua Eu/
rus & Aphricus flat/habere speluncas plenas sul
phuris: & usqꝫ ad mare deductas. quę speluncę re
cipientes in se fluctus/ ventū creant: qui agitatus
ignē gignit ex sulphure: unde fit ꝙ videt̃ incendi
um. Pyreneus & ipse a crebris fulminum ignibus
nuncupatus. græce em̄ pyr ignis vocat̃. Iste est ꝙ
inter Galliā atqꝫ Ispaniā quasi de industria muni/
mentū interiacet. Solarius a singularitate dicit̃: ꝙ
omnibus Ispanię montibus solus altior videat̃: si/
ue ꝙ oriente sole ante radius eius in eo ꝙ ipse cer
natur. Calpes mons in ultimis finibus oceani: qui
dirimit Europā ab Aphrica: quē Atlantis finē esse
dicunt. de quo Lucanus: Hesperiem Calpē/sum/
mūqꝫ impleuit Atlantē. Atlas Prometei frater fu/
it & rex Aphricę: a quo Astrologiæ artē prius di
cunt excogitatā. Ideoqꝫ dictus est sustinuisse cœ/
lum. Ob eruditionē igitur eius disciplinę & scien
tiam cœli/ nomen eius in monte aphricę deriuatū
est qui nunc Atlas cognominat̃: qui propter alti/
tudinem suā quasi cœli machinā atqꝫ astra susten
tare videt̃. Colles sunt præminētiora iuga monti/
um: quasi colla. Iuga autē montiū ex eo appellata
sunt/ꝙ propinquitate sua iungant̃. Tumulus est
mons breuis: quasi tumens tellus. Itē tumulus ter
ra cōgesta ubi nulla memoria est. Valles em̄ sunt
humilia loca: quasi vulsa. Hinc & cōualles depres
sa loca terrarum inter montes.

De ciuitatibus. CAP. XXIIII.

D E auctoribus conditarū urbiū plærunqꝫ
dissensio inuenit̃: adeo/ut nec urbis qui
dem Romæ origo diligēter possit agno
sci. Nā Salustius dicit: Vrbē Romā/sicuti ego ac/
cepi/condidere atqꝫ habitauere in initio Troiani:
& cū his Aborigenes. Alij dicunt ab Euandro. se
cundū quod Vergilius dicit: Tunc rex Euandrus
romanę conditor arcis. Alij a Romulo. ut: En hu/
ius nate/auspicijs illa inclyta Roma. Si igit̃ tantæ
ciuitatis certa ratio nō apparet: nō mirū si in alia/
rum opinione dubitat̃. Vnde nec historicos/ nec
cōmentatores varia dicentes/imperitię condēna/
re debemus. quia antiquitas ipsa creauit errorem.
Sane quasdā/ de quibus sanctæ aut scripturæ aut
historię gentiū certā originē referūt: paucis admo
dum verbis retexere oportet. Primus ante diluui
um Caym ciuitatē Enoch ex nomine filij sui in In
dia cōdidit. quā urbē sola multitudine suę posteri
tatis impleuit. Primus post diluuiū Nemroth gi/
gas Babylonē urbē Mesopotamiæ fundauit. Hāc
Semiramis regina assyrioꝝ ampliauit: murūqꝫ ur
bis bitumine & cocto latere fecit. Vocabulū autē
sumpsit a confusione: eo ꝙ ibi confusæ sint atqꝫ ꝑ
mixtę linguę ędificantiū turrim. Iudęi asserūt Sem
filiū Noe/quē dicūt Melchisedech/primū post di
luuiū in Syria condidisse urbē Salē: in qua regnū
fuit eiusdem Melchisedech. Hāc postea tenuerūt
Iebusæi: ex quibus & sortita est vocabulū Iebus.
sicqꝫ duobus nominibus copulatis/ iebus & salē/
vocata est Iebusalē: quæ postea a Salomone Hie
rosolyma/qsi sola omnia dicta est. Hæc & corru/
pte a poetis Solyma nūcupata ē: & postea ab He

lio adriano Helia vocitata est. In ipsa est & Sion: quę hebraice speculatio interpretatur: eo ꝙ in sublimi constructa sit/ & de longe venientia contempletur. Hierusalem autē pacifica in nostro sermone transfertur. Oppida autem nobilia habet. Dionysius (qui & Liber pater) cum Indiam victor perambulasset/ Nisam urbē ex suo nomine iuxta Indum fluuiū cōdidit: & quinquaginta milibus hominum impleuit. Medius autem Aegei filius Mediam construxit: unde & regio eius Medię nomē sortita est. Persopolim urbem caput persici regni Perseus Adiæ filius condidit: famosissimā/ confertissimamq; opibus: a quo & Persia dicta est. Nictesi fontem quoq; parthi apud Parthiam cōdiderunt. In æmulationē Babyloniæ urbis/ Susis Oppredium in Perside aiunt Mennonis fratrem constituisse. dictū autem Susis/ ꝙ immineat Suse fluuio. Ibi est regia Cyri/ lapide candido & vario/ cū columnis aureis & lacunaribus gemmisq; distincta: continens etiam simulacrum cœli stellis micātibus præsignatū: & cætera humanis mētibus incredibilia. Bactrum oppidum Bactriani condiderunt: ex proprio amne illud cognominantes/ qui Bactrus vocat̃. Carra ciuitas mesopotamiæ trans Edissam condita a parthis: ubi quondā romanus est cæsus exercitus: & Crassus dux captus. Edissā urbē Mesopotamię condidit Nēroth filius Chus postq; de Babylone migrauit. in qua & regnauit. Ipse & construxit Calamiā: quæ postea verso nomine/ a Seleuco rege dicta est Seleucia. Philadelphiam urbem Arabiæ/ cōdidit Raphaim gens antiquissima: quā interfecerunt filij Loth. Seleucus unus ex pueris Alexandri/ post mortem eiusdem Alexandri occupato regno orientis/ urbem in Syria condidit: eamq; ex Antiochi patris sui Antiochiam nūcupauit: & Syriæ caput instituit. Ipse q̃q; Laodiciam & Seleuciam/ ipse Apamiā & Edissam urbem construxit. Damascus Syria condita/ & nuncupata a Damasco dispensatore Abraæ filio. Hęc antea in omni Syria tenuit principatum. necdum enim efflorebāt ibi Antiochia/ Laodicia/ & Apamia: quas urbes post Alexandrū constructas esse cognoscimus. Hic est Damascus/ quem Abraam futurū sibi hęredem dixerat anteq; esset illi promissus Isaac. Gaçam oppidū Palestinę cōdiderunt Euçi: in qua habitauerunt cappadoces/ pristinis cultoribus interfectis. Vocata autē Gaça eo ꝙ ibi Cambyses rex persarꝝ thesauros suos posuit/ cū bellū ægyptijs intulisset. persarꝝ em̄ lĩgua/ thesaurus gaça nominat̃. Pilistim urbem condiderūt allophyli. Ipsa est Ascalon: de qua superius memorauimus: nūcupata ex nomine Thesloim/ qui fuit nepos Cain: & filius Mesraim. Dor urbs fuit quōdam potētissima: & versa vice Stratonis turris. postea ab Herode rege Iudeæ/ in honorem cæsaris Augusti Cæsarea nūcupata. In qua Cornelij domū Christi vidit ecclesia: & Philippi ædiculas: & cubiculū quattuor virginū prophetarꝝ. Ioppe oppidū Palestinę maritimi/ id est palestini ædificauerūt: ubi saxū ostēdit̃ q̄d vinculorꝝ Andromadę adhuc vestigia retinet. cuius beluę forma eminentior elephantis fuit. Hierico a Iebuseis cōdita traditur: a quibus & nomen traxisse perhibetur. Hanc subuertit iesus: post quā instruxit aliā Açā de bethel ex tribu Effraim. Sed & hæc eo tēpore quo Hirusalem oppugnabat̃ a Romanis/ propter perfidiā ciuiū capta & destructa est. post quā tertia ędificata est urbs quę usq; hodie permanet. Sichem Samarię urbē/ quæ latine & græce Lycinia vocat̃: ędificauit Emor: appellauitq; eam nomine Sichem filij sui. Ipsa est nūc Neapolis ciuitas Samaritanorꝝ. Bethel urbē Samariæ condiderunt Iebusęi. quę prius vocabat̃ Luça: sed postq; dormiens ibi Iacob vidit scalā innitentē cœlo / & dixit: vere hic domus Dei est & porta cœli: hac ex causa nomen locus accepit Bethel/ id est domus Dei. Quando aūt ibi a Hieroboā vituli aurei fabricati sunt/ vocata est Betheim. i. domus idoli: quæ ātea vocabat̃ domus dei. Beihleē Iudę/ ciuitas Dauid: quę mundi genuit saluatorē: a Iebuseis cōdita fertur: & vocata primū Effrata. Quando autē Iacob ibi pecora sua pauit: eidē loco Bethleē noīe quodam vaticinij futuri imposuit: q̄d domus panis interptatur: ꝓpter eū panē q̃ ibi de cœlo descendit. Ebron ciuitas Iudeę (q̃ q̄ndā vocabat̃ Arbe) cōdita est a gigantibus ante septē annos q̃ ab eis Tanis urbs ægypti cōderet̃. Ipa est Arbe a nūero ita vocata/ ꝙ ibi tres patriarchę sepulti sunt: & quartus Adam. Ipa est & Mābre vocata ex una amica Abraę. Samariā/ a q̃ omnis regio quę circa eam fuit nomē accepit/ Sennacherib rex assyriorꝝ construxit: vocauitq; Samariā. i. custodiā: quia q̄n Israel trāstulit in Medos ibi custodiā cōstituit. Hāc obsidiōe captā Antiochus solo ęquauit. quā post ea Herodes a fundamētis instaurās in honorē Augusti Augustā. i. sebasteā gręco sermone vocauit. Ibi siti sunt Heliseus & Abdias ꝓphetę: & baptista Ioānes. Tyberiadē ṽo Herodes alius in Iudæa noīe Tyberij cęsaris cōdidit. Tyrus urbs Phœnicum cōdita a phęnicibus fuit. Hęc est ciuitas ex q̃ aurum regi Salomoni deferebat̃: in q̃ optima purpura tingit̃. Vnde & tyria dicit̃ nobilis purpura. Phœnices a rubro mari ꝓfecti/ Sidonē urbē opulentissimā cōdiderūt: quā a pisciū copia Sidon appellauerūt. nā piscē phęnices sidon vocāt. Ipsi etiā Tyrū in syria: ipsi Vticā in aphrica/ Hipponē/ Leptim/ aliasq; urbes in ora maritima condiderunt. Ipsi Thebas in Boetia duce Catino: ipsi postremo in ultima tendētes/ urbē in oceano condiderūt: eāq; lingua sua Gades noīauerūt. Nā mos erat antiquus phœnicū gentis: cū multis simul mercādi cā a domo ꝓficisci: & cū incolarꝝ animos cōmercio rerū his ante incognitarꝝ sibi cōciliasset: loca quæ condēdis urbibus idonea videbant̃ capere. Ex his profecta & Dido in littus Aphricę/ urbē cōdidit: & Carthadā noīauit. q̄d phęnica lingua exprimit ciuitatē nouā. mox sermone verso/ Carthago est dicta. Hāc Scipio deleuit: q̃ aūt nunc est/ postea a romanis ē cōdita. Carthago aūt ātea Byrsa: postea Tyrus dicta est: deinde Carthago. Memphim ciuitatē ægypti ędificauit Epasus Iouis filius/ cum in secunda ægypto regnaret. Hæc est urbs in qua charta nascit̃. ubi etiā optimi mathematici fuerūt. Nā hāc urbē magicis artibus deditā/ pristina usq; ad præsens tēpus vestigia erroris ostendunt. Tanis metropolis ægypti: ubi Pharao fuit: & Moyses cuncta signa fecit quę in Exodo scribunt̃. Hāc cōstruxisse ꝑhibent̃ Titanes/ id est gigantes: & ex suo nomine nuncupauerūt. Heliopolis urbs ægypti: quę latine interpretat̃/ solis ciuitas: sicut. 70. interpretes arbitrātu[illegible] ędificata est autē a filijs Israel[illegible] qua Phutifar[illegible] sacerdos fuit/ cuius meminit

Eçechiel. Vrbem Alexandrinã condidit Alexander magnus: cuius & nomen detinet. Hanc enim idem in terminis regionis Aphricæ & Aegypti constituit: & caput esse regionis iussit. Interiacet autẽ inter Aegyptum & mare quasi claustrũ. importuosa hæc urbs Aegypti: postea versa in Alexandriam. Thebas ægyptias condidit Cathinus: quæ inter ægyptias urbes numero portarꝫ nobilior habetur: ad quas cõmercia arabes undiqꝫ subuehunt. Hinc regio Aegypti thebaida dicta est. Thebeæ autem & boetię sunt & ægyptię: uno tamen auctore conditę. Ptolomais & Berenice a regibus ægyptijs nominatæ: a quibus & ædificatæ fuerunt. Cęsaream cappadociæ Philippus in honorem Cęsaris ędificauit. Tarsum ciliciæ Danaes proles Perseus ędificauit. de qua ciuitate Paulus apostolus: Natus inquit Tarso cilicię. Quidã etiã locus Indię Tarsus vocatur. Seleuciam syrię condidit Seleucus: qui & Antiochiam. Ilus aũt Apollinis filius/in Phrygia Ilium condidit. Amaçones Ephesum in asia cõstruxerunt. Theseus ṽo Smyrnam cõstruxit: quę Homero patria extitit: Smyrna vocata/ꝙ eius campos Eruus fluuius secat. Dioscoriam Colchorũ urbem / Ausiatus & Circius aurigę Castoris & Pollucis fabricauerunt: ex eorum nomine eã cognominãtes. nã Castor & Pollux græce dioscori appellantur. Nicomedia a Nicomedo rege Bitynię ædificata est. Bitynia condita a Phęnice/quę primũ Mirandia vocabaẗ. Constantinopolim urbẽ thraciæ/Constantinus ex nomine suo instituit: solã Romę meritis & potentia adęquatã. Hęc cõdita primũ a Pausina rege spartanorum/& vocata Byçantiũ: vel ꝙ tantũ pateat inter hadriaticũ mare & propõtidem: vel ꝙ sit receptaculũ terrę marisqꝫ copijs. Vnde & eã Constantinus aptissimã condere iudicauit: ut receptaculũ sibi terra mariqꝫ fieret. Athenas in helladas Cecrops condidit: & ex suo nomine Cecropiam nominauit. Hanc Ausixion Mineruæ sacrauit: & nomen ciuitati Athenas dedit. Nã minerua græce athenas dicitur. unde Mineruã inuentricẽ multarum asserunt artiũ ac diuersorꝫ studiorꝫ: propẗ quod ipsa templũ Athenis habuit. Hanc greci corinthiam vocant: hoc est/administrationẽ reipublicæ. Thebas boetiæ Cadmus veniens a Phęnicibus condidit: Thebis ægyptijs prius ab eo con structis. Mycenas pelopõnesi Perseus posuit. Lacedęmonia condita a Lacedęmone. Ipsa etiã Sparta/a Sparto filio Phoronei vocata: qui fuit filius Inachi. hicqꝫ lacedæmonios spartãos dicũt. Achaia ab Achęo constructa. Pelops qui apud Argos regnauit/Pelopõnensem urbẽ condidit. Cecrops in insula Rhodo Rhodũ ędificauit: Carpatus Chium: Acos Typhonis filius Paphum: Angęus Lycurgi filius Samũ: Dardanus aũt condidit Dardaniam. Thessalonicam Thessalus ędificauit: in qua etiã regnauit. Brundusiũ construxerũt græci: brũdusium dictum grece / ꝙ brunda caput cerui dicatur: sic est eñ/ ut & cornua & caput & lingua videantur in positione ipsius ciuitatis. In Italia autẽ a Iano Ianiculũ / a Saturno Saturnia atqꝫ Latium conditũ: eo ꝙ ibi fugiens latuisset cognominatũ. Ab Hercule in Cãpania Pompeia: qui victor ex Ispania pompã boũ duxerat. Aeneas aũt post excidiũ Troię/in eandẽ Italiã veniens: ab uxoris nomine Lauiniam condidit. Ascanius ṽo relic La uinię nouercæ suę regno/Albam longam ędificauit. Alba autẽ vocata/propter colorẽ suis: longa/ quia longũ oppidũ est / iuxta prolixitatẽ collis in quo positũ est. Ex hac etiã urbe reges Albanorũ appellari cęperunt. Capuã Capis rex albanorꝫ cõstruxit: appellata nomine conditoris. licet & sint qui dicãt a capacitate eam Capuam dictã: ꝙ eius terra omnẽ vitę fructũ capiat. Alij a locis campestribus in quibus sita est. Est autem caput urbiũ Campanię inter tres maximas/Romã/Carthaginemqꝫ numerata: ex qua & prouincia Italię Campania dicta est. Romulus cũ interfecto apud Albam Amulio/auũ Numitorẽ in regnum cõstituisset: in eũ locum ubi nunc Roma est deuenit: ibiqꝫ sedes posuit: mœnia cõstruxit: urbemqꝫ ex nomine suo Romã vocauit. Hanc autẽ ante Euander dicitur condidisse. ut est illud: Tunc pater Euander romanę conditor arcis. Ancus marcus ex filia Numę pompilij natus: hic urbem in exitu Tyberis condidit: quę & peregrinas merces exciperet / & hostẽ moraretur. quã ab ipso situ Hostiam appellauit. Galli quidã intestina discordia & assiduis dissensionibus suorꝫ permoti/ sedes nouas quęrentes Italiã profecti sunt: sedibusqꝫ proprijs tuscis expulsis/Mediolanũ atqꝫ alias urbes condiderunt. Vocatũ autẽ Mediolanũ ab eo/ ꝙ ibi sus in mediolanea sit inuenta. Historijs placet a Mesappo græco Mesappiæ datam originem: versa postmodũ in nomen Calabrię: quã in exordio Oenotri frater Peucetius Peucetiã nominauerat. Manto Tiresiæ filia/ post interitũ thebanorꝫ dicit delata in Italiam Mantuã cõdidisse. Est autẽ in Venetia quę Gallia cisalpina dicitur. Et Mantua dicta/ ꝙ manes tuetur. Parthenopeia a Parthenope virgine quadã illic sepulta. Quod oppidum postea Augustus Neapolim esse maluit. Ad promontorium Leucatẽ/in quo actu Apollinis templũ fuit: bellũ Augustus contra Antoniũ gessit. Quo victo urbẽ in attico sinu condidit: quam a victoria Nicopolim appellauit. Palantus partheniorꝫ dux Parthenias constituit. Taras Neptuni filius fuit: a quo Tarentũ ciuitas & condita & appellata est. Cũ Cyrus maritimas urbes græciæ occuparet: & Phocẽses ab eo expugnati omnibus angustijs ꝑmerentur: iurauerunt ut profugerent ꝙ longissime ab Imperio Persarum/ubi ne nomen quidem eorũ audirent. atqꝫ in ultimos Galliæ sinus nauibus profecti: armisqꝫ se aduersus gallicam feritatem tuentes/Massyliam condiderunt: & ex nomine Ducis nuncupauerunt. Hos Varro trilingues esse dicit: ꝙ & græce loquantur & latine & gallice. Narbonam & Arelatum & Pictauiam coloni proprij condiderunt. Burdegalim appellatam ferunt: ꝙ Burgos gallos primum colonos habuerit: quibus antea cultoribus impleta est. Tarraconam in Ispania Scipiones construxerunt: ideo caput est Tarracõesis prouincię. Cæsaraugusta taracõesis Ispaniæ oppidum a cæsare Augusto & situm & nominatum: loci amœnitate & delicijs præstantius ciuitatibus Ispaniæ cunctis: atqꝫ illustribus florens sanctorum martyrum sepulturis. Aphri sub Hannibale maritima Ispaniæ occupantes/Carthaginem spartaniam cõstruxerũt. Quæ mox a Romanis capta: & colonia facta / nomen etiam ipsi prouinciæ dedit. Nunc autem a Gothis subuersa / atqꝫ in desolationem redacta est.

Saguntum græci ex insula Iacthincto profecti in Ispaniam condiderunt: quā Aphri postea impetitā deleuerunt. Emeritam cæsar Augustus ędificauit postq̄ Lusitaniam & quasdā oceani insulas cœpit: dās ei nomē ab eo/ꝙ ibi milites veteranos cōstituisset. nā emeriti dicuntur veterani: solutiq̄ a militia. Ollisippona ab Vlyxe est condita & nuncupata. quo loco sicut historiographi dicunt / cœlū a terra/ & maria disiūguntur a terris. Hispalim cæsar Iulius condidit: quā ex suo nomine & Romæ urbis vocabulo Iuliāromulā nūcupauit. Spalis autē a situ cognominata est: eo ꝙ in solo palustri suffixa profundo palis locata sit: ne lubrico atq̄ instabili fundamēto caderet. Gades oppidum a Pœnis/id est a græcis condita: qui etiam & Carthaginem spartaneam condiderunt. Septem oppidum a montibus septem: qui ad similitudinem fratres vocati/graditano imminent freto. Tingis ciuitatis/& Lixis ciuitatis Antęus auctor est. quē Hercules fertur luctæ certamine superatū interfecisse. Lix autē a Lixo flumine mauritaniæ nuncupata: ubi antęa regia fuit. Et Sala: ꝙ immineat Sali flumini. Cæsaream mauritanię oppidū Iuba rex maurorū in honorē cæsaris Augusti cōdidit: quā ex eius nomine cæsaream appellauit. Sicut Herodes aliam Cęsareā in Palestina: quę nunc est urbs clarissima. Icosium cęsariensis mauritanię oppidū Hercule illic transeunte / viginti a comitatu eius discedentes construxerunt. Hanc ne quis imposito a se nomine priuatim gloriaretur: de condentium numero urbi Icosio nomen est datū. Cyrene regina fuit Libyæ: quę ex suo nomine ciuitatē Cyrenen condidit: ex qua & Libyam cyrenēsem vocauit.

De Ventis. CAP. XXV.

Ventus aer ē commotus & agitatus. & pro diuersis partibus cœli nomina sortitur diuersa. Dicitur autē vētus/ꝙ sit vehemens & violentus. Vis enim eius tanta est: ut non solū saxa & arbores euellat / sed etiā cœlum terramq̄ conturbet: maria cōmoueat. Ventorum quattuor pricipales spiritus sunt. Quorū primus ab oriente Subsolanus/a meridie Auster / ab occidente Fauonius / a Septentrione eiusdē nominis aspirat: habētes geminos hincinde ventorū spiritus. Subsolanus a latere dextro Vulturnū habet: a lęuo Eurum. Auster a dextris Euroaustrū: a sinistris Austroaphricum. Fauonius a parte dextra Aphricum: a lęua Corum. Porro Septentrio a dextris Circium: a sinistris Aquilonem. Hi duodecim venti mundi globum flatibus circumagunt. quorum nomina proprijs ex causis signata sunt. Nā Subsolanus vocatus/eo ꝙ sub ortu solis nascatur. Eurus/eo ꝙ ab eo flat: id est ab oriente. est enim subsolano cōiunctus. Vulturnus/ꝙ alte tonat. de quo Lucrecius. Altitonās vulturnus: & auster fulmine pollens. Auster ab hauriendo aquas vocatus. unde & crassum aerē facit & nutrit. Hic græce Notus appellatur: eo ꝙ interdum corrumpat aerem. Nam pestilentia quę ex corrupto aere nascitur/ auster flans in reliquas regiones trāsmittit. Sed sicut Auster pestilentiā gignit: sic Aquilo repellit. Euroauster dictus/ꝙ ex una parte habeat eurū: ex altera austrū. Austroaphricus/ꝙ iunctus sit hincinde austro & aphrico. Ipse & Libonotus: ꝙ sit ei aphricus libs hic & inde notus. Zephyrus græco nomine appellatus/eo ꝙ flores & germina eius flatu viuificentur. Hic latine Fauonius dicitur/pro eo ꝙ foueat quę nascūtur. unde ē illud: Et zephyro ruris se gleba resoluit. Austro autē flores soluuntur: a Zephyro fiūt. Aphricus a propria regione vocatus. in Aphrica enim initium flandi sumit. Corus est qui ab occidente æstiuo flat: & vocatus Corus/ꝙ ipse ventorum circulum claudat & quasi chorum faciat. Hic antea Scaurus dictus: quem plæriq̄ Argestem dicunt: non ut imprudēs vulgus/agresten. Septentrio dictus/eo ꝙ a circulo septem stellarū cōsurgit: quæ vertente se mundo/resupinato capite ferri videntur. Circius dictus / eo ꝙ Coro sit iunctus. Hunc Ispani gallicū vocant: propter quod eis a parte galiciæ flat. Aquilo dictus/eo ꝙ aquas stringat: & nubes dissipet. est enim gelidus ventus & siccus. Idem & Boreas: quia ab hyperboreis montibus flat. inde enim origo eiusdē venti est: unde & frigidus. Natura enim omniū ventorum septentrionalium frigida & sicca est: australium humida & calida. Ex omnibus autem ventis duo cardinales sunt: Septētrio & Auster. Etesiæ autē flabra aquilonis sunt: quibus nomen inditum est/ꝙ certo anni tempore flatus augere incipiunt. ἔτος enim gręce annus latine dicitur. Hę autē cursum rectum a borea in Aegyptū ferunt: quibus Auster contrarius est. Duo sunt autem extra hos ubiq̄ spiritus magis q̄ venti: Aura & Altanus. Aura ab aere dicta q̄si aerea/ꝙ lenis sit motus aeris. Agitatus em̄ aer auram facit. unde & Lucrecius. Aereas auras. Altanus qui in pelago est: per deriuationē ab alto/id est mari vocatus. Nā altus est flatus in ripis quem diximus auram. nā aura in terra est. Turbo est volubilitas ventorū. turbo dictus a terra quotiens ventus consurgit & terram in circuitū mittit. Tempestas aūt pro tempore dicitur. sicut ubi q̄ historiographi solent dum dicunt: ea tempestate. Aut a statu cœli: qui a magnitudine sui multis diebus oritur. Verno autē & autumnali tempore q̄ maxime fiunt tempestates: quando nec plena est ęstas/nec plena hyems. unde & medium confine utriusq̄ temporis ex coniunctione aerum cōtrariorum efficiuntur tempestates. Fragor a fractarum rerum nominatus est sonitu: quia sicca quęq̄ & arida frangit facile. Procella ab eo ꝙ percellat id est percutiat & euellat. est enim vis vēti cū pluuia. Procellæ em̄ aut de fluminibus/ aut de vētis fiunt. Nihil autē velocius ventis. unde & propter celeritatem tā ventos q̄ flumina alata fingūt Poetæ. ut: Alatis viribus austri.

De diuersitate aquarum. CAP. XXVI.

Aquarū naturæ multa est diuersitas. alię enim salis/aliæ nitri / aliæ aluminis/aliæ sulphuris/ aliæ bituminis/alię curā morborū adhibentes. Nā iuxta Romam albulę aquæ vulneribus medētur. In Italia fons Ciceronis oculorum vulnera curat. In Aethyopia lacus est/quo perfusa corpora velut olea nitescunt. Zame fons in Aphrica/canoras voces facit. Ex Clitorio lacu Italiæ qui biberint vini tędium habēt. In Chio insula fontem esse dicunt quo hebetes fiunt. In Boetia duo fontes/alter memoriam / alter obliuionē affert. Cocici fons amorē Veneris tollit. Boetiæ lacus furialis est: de quo qui biberit ardore libidinis exardescit. In Campania sunt aquæ quę steri-

ſtatē fœminarū/ & victorū īſaniā abolere dicunt. In Aethiopia fonte rubro qui biberit/ lymphaticus fit. Lechnus fons Arcadiæ/abortus fieri nō patitur. In Sicilia fontes duo ſunt: quorum unus ſterilitatem fœcundat: alter fœcundam ſterilem facit. In Theſſalia duo ſunt flumina: ex uno bibentes oues nigras fieri ferūt: ex altero albas: ex utraꝗ varias. Clitunnus lacus in Vmbria maximos boues gignit. Reatinis paludū aquis iumentorum ungulas indurari dicunt. In Aſphaltide lacu iudeę nihil mergi poteſt quicquid animā habet. In India Syden vocatur ſtagnum: in quo nihil natat/ſed omnia merguntur. Econtra in Alce lacu per porcidamū omnia fluitant/nihil mergitur. Marſidæ fons in Phrygia ſaxa generat. In Achaia aqua profluit e ſaxis. Styx appellata/ꝙ ilico potata iterficit. Celonium ſtagnum Siciliæ tetro odore abigit proximantes. Fons eſt in Aphrica circa templum Ammonis/qui humoris nexibus humū ſtringit. Fons Iob in Idumęa quater in anno colorem mutare dicitur: id eſt puluerulentum/ſanguineum/viridem & limpidū: trinis menſibus in anno tenens ex his unum colorem. In Trogînditis lacus eſt qui ter in die fit amarus: & deinde totiens dulcis. Fons ſilua ad radicem montis Sion: nō iugibus aquis/ſed in certis horis diebuſꝗ ebullit. In Iudæa quondā riuus ſabbatis omnibus ſiccabatur. In Sardinia fontes calidi oculis medentur: fures arguunt. nam cæcitate detegitur furtum eorū. In Epyro fontem eſſe ferunt/in quo faces extinguūtur accenſę/& accenduntur extinctę. Apud Garamantes fontē eſſe ita algentem die ut non bibatur: ita ardentē nocte ut non tangatur. Iā vero in multis locis aquæ manant perpetim: ferventes tanta vi ut balnea calefaciant. Quædam enim terræ ſunt quę multum ſulphuris & aluminis habēt. itaꝗ cum per venas calentes aqua frigida venit: vicino ſulphuris calore contacta excādeſcit: nec talis ab origine effluit/ſed permutatur dum venit. Sulphur enim & alumen ſecum ferunt aquæ: utranꝗ materiā igne plenam miriſꝗ motibus incaleſcentem.

De oceano. CAP. XXVII.

O Ceanum grĕci & latini ideo nominant: ꝙ in circulo modo ambiat orbem. ſiue a celeritate: eo ꝙ ocyus currat. Itē quia ut cœlum purpureo colore nitet: oceanus quaſi nitaneus. Iſte eſt qui oras terrarum amplectitur: alterniſꝗ æſtibus accedit atꝗ recedit. Reſpiratibus enim in profundum ventis/ aut remouent maria: aut reſorbent. Hic a proximis regionibus diuerſa vocabula ſumpſit. ut gallicus/germanicus/ ſcythicus/caſpius: hyrcanus/atlanticus/gaditanus. Nā gaditanum fretum a Gadibus dictum: ubi primo ab oceano maris magni limen aperitur. Vnde & Hercules cū ad Gades perueniſſet / columnas ibi poſuit: ſperans illic eſſe orbis terrarum finem.

De mediterraneo mari. CAP. XXVIII.

M Are magnū eſt quod ab occaſu ex oceano fluit/ & in meridiē vergit: deinde ad ſeptentrionem tendit. Quod inde magnum appellatur: quia cætera maria in comparatione eius minora ſunt. Iſtud eſt & mediterraneum: quia per mediā terram uſꝗ ad orientem perfunditur: Europam & Aphricā Aſiamꝗ diſterminās. Cuius primę partis ſinus qui in Iſpanijs perfunditur Ibericus & Balearicus appellatur. Deinde Gallicus: qui Narbonenſem prouinciam alluit. Mox Liguſticus: qui iuxta Genuā urbem ē proximus. Poſt hæc Tyrrhenus: qui Italiam attingit. quē grĕci Ionicum/itali Inferum vocant. Deinde Siculus: qui a Sicilia uſꝗ ad Cretam vadit. Deinde Creticus: qui in Pamphiliam & Aegyptū pertendit. Inde Helleſpontus: qui in ſeptentrionem retorquēs anfractibus magnis iuxta Græciam & Illyricum in anguſtias ſeptem ſtadiorū ſtringitur. quo Xerxes ponte nauibus facto commeauit. Ibi eſt Albydus. Inde diſceſſus ab æquore patente rurſus ſtringitur: & facit Propontidem: qui mox in quingentos paſſus coartatur: fitꝗ Boſphorus thracius. ꝗ Darius copias tranſportauit. Inde Ponticus ſinus ampliſſimus a tergo Meotidis paludis. quod mare ex multitudine fluminū dulcius ꝗ̄ cetera/nebuloſumꝗ & breuius eſt. Vnde & Ponticum vocatum/ ꝙ ſit breuius: atꝗ præter phocas & tinnos atꝗ delphinos alias beluas maiores non patitur. Sicut autē terra dum una ſit/ pro diuerſis locis varijs appellat̄ vocabulis: ita & pro regionibus hoc mare magnū diuerſis nominibus nūcupat̄. Nam Ibericum & Aſiaticum a prouincijs dictum: ab inſulis Balearicum/Creticum/ Cyprium/ Aegeum/ Carpathium. Nam inter Tenedū & Chium ſaxū eſt in mari potius ꝗ̄ in inſula: quod videntibus ꝓcul capræ ſimile creditur/ quam ægeam nūcupāt. unde & Aegeum mare eſt dictum. Sic & Carpathium mare inter Aegyptum & Rhodum ab inſula Carpathos illic poſita. A gentibus Gallicum/ Auſonium/Dalmaticum/Liguſticum. Ab oppidis Argolicum/ Corinthium/Tyrium/ Hadriaticum. Nā Hadria quędam ciuitas Illyrico mari proxima fuit: quę hadriatico nomen dedit. A poſitione cœli. ut Superum & Inferū: ꝙ ſit oriens ſuperior/occidens inferior. Eſt autem Tuſcū & Hadriaticum. A memoria regis. ut Ionicum. Ion quippe rex fuit Græcię: unde Iones Atheniēſes. Hoc mare & Tyrrhenum dictū: ſiue ꝙ Tuſciam alluit/ id eſt Tyrrheniā: ſiue a tyrrhenis nautis qui ſe in hoc mare præcipitauerunt. Et ſciendum: Ionicum ſinū eſſe immenſum/ab Ionia uſꝗ ad Siciliā: & huius partes eſſe Hadriaticum/Achaicum / & Epyroticum. A moribus accolarū alibi Euxinus / exenas antea appellatus eſt. A caſibus hominum qui ceciderunt in mare. ut Helleſpontum/Hyrcanū/Mirtoum. Nam Myrtoum mare dictum a Myrtili lapſu: ꝙ illic ab Enomao pręcipitatus ſit. Icarus vero cretenſis ut fabulę ferunt/altiora petens: pēnis ſolis calore ſolutis / mari in quod cecidit nomē impoſuit. Frixus quoꝗ cum Helle ſorore ſua fugiēs inſidias nouercales/conſcendit nauem ſignū arietis habentem: qua liberatus eſt. Helles autē ſoror eius perpeſſa naufragium decidit in mare: & mortua Helleſponto mari nomē dedit. Ab ordine fluendi. ut Propontis. nam dictū Propontis /quia pōtum præuenit. Idem & a tranſitu /vel anguſtiis me atibus boum Boſphorus. Aegyptium autē pelagus Aſiæ datur: gallicum Europæ: aphricum Libyæ. His autem quæꝗ proxima ſunt venerunt in partes. Pelagus autē eſt latitudo maris ſine littore & portu: græco nomine a latitudine dictum. unde & plagia: eo ꝙ ſint importuoſa.

De ſinibus maris. CAP. XXIX.

S Inus dicitur maiores receſſus maris. ut in mari magno Ionius: in oceano Caſpi

us/Indicus/Persicus/Arabicus: ꝗ & mare rubrũ qui oceano ascribitur. Rubrum autẽ mare voca-tũ: eo ꝙ sit roseis undis infectum. Non tamen ta-lem naturam habet qualẽ videtur ostẽdere: sed vi-cinis littoribus vitiatur gurges atq; inficitur: quia omnis terra quę circũstat pelago/rubra ẽ & sang-uineo colori proxima. ideoq; inde miniũ acutissi-mum excerpit: & alij colores quibus pictura vari-atur. Ergo cũ terra hãc habeat naturam: fluctibus subinde diluitur: & quicquid adhęsum est in colo-rem cadit. Ob hoc etiã in his littoribus gemmę ru-brę inueniuntur. Lapillus enim huiusmodi humo inuolutus/cũ inter arenas attritus est: & terrę co-lorem habet & maris. Hoc mare in duos scindit̃ si-nus. Ex his qui ab oriẽte est/Persicus appellatur: quia aream illius Persę inhabitãt. Alter vero Ara-bicus dicitur: ꝙ sit circa Arabiam.

De æstibus & fretis. CAP. XXX.

a Estus ad oceanum pertinet. fretum ad utrũq; mare. Nã æstus est maris acces-sus vł recessus: id est inquietudo. Vnde & æstuaria: per quæ mare vicissim tam accedit ꝙ̃ recedit. Fretum autem appellatum: ꝙ ibi semper mare ferueat. Nam fretum est angustum & quasi feruens mare: ab undarum feruore nominatũ. ut gaditanum/vel siculum. Nã freta dicta Varro ait/ quasi feruida: id est feruentia & motũ feruoris ha-bentia. Fretum Sicilię quod Rhegium dicitur/Sa-lustius ex tali causa vocari scribit: dicẽs Italię olim Siciliam coniunctãm fuisse: & dum esset una tel-lus/medium spacium aut per humiditatem abrup-tum est aquis/aut per angustiam scissum. & inde Rhegium nominatum: quia gręce abruptum hoc nomine nuncupatur. Est autem artissimũ/triũ mi-liarium spacio Siciliam ab Italia diuidens. fabulo-sis infame monstris: qbus hincinde Scylla & Cha-rybdis ostenditur. Scyllam accolæ saxum mari im-minens appellãt: simile celebratę formæ procul vi-sentibus. unde & monstrosam speciem fabulæ il-li dederunt: quasi formam hominis capitibus suc-cinctam caninis: quia collisi ibi fluctus latratus vi-dentur exprimere. Charybdis dicta: ꝙ gurgitibus occultis naues absorbeat. Est enim mare vortico-sum: & inde ibi laniata naufragia profuudo mer-guntur. Ter autẽ in die erigit fluctus: & ter absor-bet. nam accipit aquas ut vomat: vomit ut rursus accipiat. Syrtes autem sunt arenosa in mari loca. Syrtes autẽ Salustius a tractu vocari dicit: ꝙ om-nia ad se trahant: & appropinquãtes vadoso ma-ri hæreant. Hæ autem ad mare Aegyptiũ vicinæ sunt/& pariter admiscentur. Vada vero sunt per quę in mari vel in fluminibus homines vel anima-lia pedibus vadunt. quæ Vergilius breuia appel-lat: græci brancia.

De lacubus & stagnis. CAP. XXXI.

S Vnt & quędam maria quæ non miscen-tur oceani fluctibus/aut mari magno: & dicuntur lacus & stagna. Lacus est rece-ptaculum in quo aqua retinetur/nec miscet̃ flucti-bus. ut lacus Asphaltum: lacus Benacus: & cæteri quos græci limen/id est stagna vocat. Nã fontes labuntur in fluuios: flumina in freta discurrũt. La-cus stat in loco: nec profluit. Et dictus lacus/qua-si aquę locus. Lacus Asphalti idem & mare mor-tuum vocatum: quia nihil gignit viuum/nihil reci-pit ex genere viuentium. Nam neq; pisces habet: neq; assuetas aquis & lętas mergendi usu patitur aues. sed & quæcunq; viuentia mergenda tenta-ueris: quacunq; arte dimersa/statim resiliũt: & q̃s uis vehementer læsa confestim excutiunt. Sed ne-q; ventis mouetur: resistente turbinibus bitumi-ne quo aqua omnis stagnatur. Neq; nauigatiõis patiens est. quia omnia vita carentia in profundũ merguuntur: nec materiã ullam sustinet nisi quæ bi-tumine illustratur. Lucernam accensam ferunt su-pernatare: extincto lumine demergi. Hoc & ma-re salinarum dicitur: siue lacus asphalti/id est bitu-minis. & est in Iudęa inter Hierico & Zoarã. Lõ-gitudo eius usq; ad Soras Arabiæ dirigitur stadi-is. 780. latitudo stadijs. 150. usq; ad vicinia Sodo-morum. Lacus Tyberiadis ab oppido Tyberiade vocatus: quod quondã Herodes in honorem Ty-berij cæsaris condidit. Est autẽ in Iudęa omnibus lacubus salubrior & ad sanitatem corporum quo-dãmodo efficacior. Genesar lacus amplissimus in Iudęa: longitudine. 120. extenditur stadijs: latitu-do. 20. diffunditur crispantibus aquis: auram non ventis/sed de seipso sibi excreans. Vnde & Gene-sar dicitur gręco vocabulo: quasi generans sibi au-ram. Deniq; per diffusiora spacia lacus frequenti-bus auris spirãtibus agitatur: unde & purior hau-stus eius/& ad potandum dulcis & habilis. Bena-cus lacus Italię in Venetia: de quo fluuius nascitur Myncius. qui lacus magnitudine sui tempestates imitatur marinas. Lucrinus & Auernus lacus Cã-paniæ sunt: Lucrinus autem dictus: quia olim pro-pter copiam pisciũ vectigalia magna præstabat. Auernus autem lacus vocatus: ꝙ aues ibi super-uolitare non possint. Nam antea siluarum densi-tate sic ambiebatur: ut exhalantes inde per angu-stias aquę sulphureæ/fetor greuissimus superuo-lantes aues halitu suo necaret. Quam rem Augu-stus cæsar intelligens: deiectis siluis/ex pestilenti-bus amœna reddidit loca. Lacus autẽ idẽ & stag-num ubi immensa aqua conuenit. Nam dictũ est stagnum ab eo ꝙ illic aqua stet/nec decurrat.

De Abysso. CAP. XXXII.

a Byssus profunditas aquarũ impenetra-bilis: siue speluncę aquarum latentium/ de quibus fontes & flumina procedũt: vel quę occulte sub terra sunt. unde & abyssus di-ctus: nam omnes aquas siue torrentes per occul-tas venas ad matricem abyssum reuertuntur. Flu-ctus dicti: ꝙ flatibus flant. Ventorꝝ enim impul-su agitatę aquę fluctuant. Aqua est statiua & sine motu æqualis. Vnda vero eminẽs liquor qui sem-per in motu est. Lucrecius: Aerias undas. id ẽ mo-tus. & corpus illud quod refluctuat. nam nec un-da per se aqua est: sed aqua in motu quodã & agi-tatione: quasi abeundo & redeundo unda voca-ta. Latex proprie liquor fontis est. Et dictus latex ꝙ in venis terræ lateat. Gutta est quæ stat: Stilla quę cadit. Hinc & stillicidium: quasi stilla cadens. Stiria gręcum est/id est gutta. Inde Stiricidiũ/qua-si stirię cadium. aut enim stat/aut pendet e tectis vel arboribus quasi glutinosa. dum autẽ ceciderit stilla est. Spuma est dicta/eo ꝙ spuat̃. sordes eñ sunt undarꝝ. unde & mustũ/& ea quę coquuntur spuma purgantur. Hinc & sputum.

De fluminibus. CAP. XXXIII.

f Luuius est perennis aquarum decursus: a fluendo perpetim dictus. Proprie au-

tem flumen ipſa aqua:fluuius curſus aquæ. Prius
autem flumē q̃ fluuius: id eſt prior aqua q̃ decur
ſus.. Duo ſunt fluminū genera. unum torrens:ali-
ud viuum. De quo Vergilius: Donec me flumine
viuo abluero. Torrens eſt aqua veniens cum im-
petu. Dictus autē torrens:quia pluuia quę creſcit/
ſiccitate torreſcit:id eſt areſcit. De quo Pacuuius:
Flāmeo vapore torrens torret. Cui græci ab hye-
me nomen dederunt/nos ab æſtate: illi a tempo-
re quo areſcit/nos a tempore quo ſiccabatur. Am
nis fluuius eſt nemore ac frondibus redimitus. &
ex ipſa amœnitate amnis vocatur. Decurſus pro-
prie finis curſus ſiue aquarū eſt: ſeu quarumlibet
rerum. Riui dicti ꝙ deriuentur ad irrigandū:id eſt
inducendum aquas in agros. nam irrigare induce
re eſt. Gurges proprie locus altus in flumine. Pu-
teus eſt locus defoſſus ex quo haurit̄ aqua. a pota
tione dictus. Fons caput aquę eſt naſcentis: quaſi
fundens aquas. Quidā autē fluuiorū proprijs ex
cauſis nomina accęperunt: ex quibus nōnulli no-
tandi ſunt qui in hiſtorijs celebres memorant̄. Ge
on fluuius de paradiſo exiens/atq; uniuerſam Ae
thiopiā cingens. vocatus hoc nomine: ꝙ incremē
to ſuæ inundationis terrā Aegypti irriget. Ge em̄
græce/latine terrā ſignificat. Hic apud ægyptios
Nilus vocatur:propter limū quem trahit/ qui effi
cit fęcūditatē. Vnde & Nilus dictus eſt. nā antea
Nilus latine Melo dicebat̄. Apparet autē in Hyli
de lacu:de quo in meridiē verſus excipitur Aegy-
pto: ubi aquilonis flatibus repercuſſus/aquis re-
troluſtrantibus intumeſcit/ & inudationē Aegy-
pti facit. Aegyptus aeris calore ſemper ſolem ha-
bet:nunq; nubes vel imbres percipit. Cuius loca
Nilus fluuius æſtatis tempore inundat:quo ꝓ flu
uijs utunt̄. Oritur enim fluuius idem inter auſtrū
& ortum. Eteſiarū flatus ex zephyri parte/ id eſt
ab occiduo flant. Et habent certū tempus. Naſcū
tur enim menſe Maio. Quarum flatus initio lang
uens eſt:ſed per dies augeſcit. Nā flant ab hora ſe
xta uſq; in duodecimā. Hoc igit̄ flatu reſiſtunt ei
undis oppoſitis:quæ etiā oſtijs eius quibus in ma
re influit/arenaꝝ cumulis Nili fluctus intumeſcūt
ac retrouerti cogunt̄. Sicq; aquę erumpētes ꝓpel
luntur in auſtrū. quibus congeſtis Nilus in Aegy
ptum erumpit. quieſcentibus quoq; eteſiaꝝ flati-
bus:ruptiſq; arenarū cumulis/ rurſus in ſuū alueū
redit fluuius. Ganges fluuius/ quem Phyſon ſcri-
ptura ſacra nominat: exiēs de Paradiſo pergit ad
Indię regiones. Dictus autē Phyſon/id eſt cater-
ua:quia decē fluminibus magnis ſibi adiūctis im-
pletur & efficit̄ unus. Ganges autē vocatus a Gā
garo rege Indię. Fertur aūt Nili modo exaltari:&
ſuper orientis terras erūpere. Tigris fluuius Me-
ſopotamię:de Paradiſo exurgens/& pergens cō-
tra Aſſyrios: & poſt multos circūitus in ſinū Per-
ſicum influens. Vocat̄ autē Tigris propter veloci
tatem:inſtar beſtię tigridis nimia pernicitate cur-
rentis. Euphrates fluuius Meſopotamiæ/de Para
diſo exurgens: copioſiſſimus gemmis. qui per me
diam Babyloniam influit. Hic a frugibus / vel ab
ubertate nomen accępit. nā hebraice eufrata/ fer-
tilitas interpretatur. Meſopotamiam enim in qui
buſdam ita irrigat ſicut Nilus Alexandriam. Salu
ſtius autem auctor certiſſimus / aſſerit Tigrim &
Euphratē uno fonte manare in Armenia: qui per
diuerſa euntes longius diuidunt̄/ſpacio medio de

relicto multoꝝ miliarioꝝ. quæ tamē terra ab ipſis
ambita Meſopotamia dicit̄. Ex quo Hieronymus
animaduertit aliter de Paradiſi fluminibus intelli
gendū. Indus fluuius orientis: qui rubro mari acci
pitur. Hydaſpes fuit Medorū rex antiquiſſimus:
ex amnis orientis nomen accępit qui nunc Hydaſ
pes dicit̄. De quo Lucānus: Qua niſeus Hydaſpes.
Araris fluuius Germanię. De quo Vergilius: Aut
Ararim parthus bibet:aut Germania Tigrim. cur
rit enim per Parthiā & Aſſyriam. Bactrus fluuius
oriētis:a rege Bactro vocatus fertur. a quo & Ba
ctriani/& urbs eorum. Coaſpis fluuius Perſarum
vocatus eorum lingua/ ꝙ miram aquæ dulcedinē
habeat:adeo/ut perſici reges q̃diu iter ripas Per-
ſidis fuerunt/ſibi ex eo pocula vēdicarint. Ex hoc
amne quidam Cydnum Cilicię fluuiū deriuari exi
ſtimant. Araxis amnis Armenię: qui ab uno mon
te cum Euphrate/diuerſa ſpecie orit̄. dictus/ꝙ ra-
pacitate cuncta proſternat. Vnde & cū Alexan-
der eum tranſgredi vellet/ ponte fabricato: tanta
vi inundauit ut pontem dirueret. Hic breuibus in
teruallis ab Euphratis ortū caput tollit: ac deinde
Caſpiū fertur in mare. Orontes fluuius Syrię/iu-
xta Antiochiæ muros decurrens: qui a ſolis ortu
oriens non longe ab urbe mari reconditur: quem
de originis ſuæ tractu Orientē veteres latine ap-
pellauerunt. Cuius fluentis ex ipſo impetu frigidi
oribus/& zephyris aſſidue ibi ſpirantibus/tota ci
uitas momentis prope omnibus refrigerat̄. Iorda
nis Iudeæ fluuius:a duobus fontibus nominatus:
quoꝝ alter vocatur Ior/alter Dan. His igitur pro
cul a ſe diſtātibus/in unum alueum fœderatis/ Ior
danis deinceps appellat̄. Naſciur aūt ſub Libano
monte:& diuidit Iudęam & Arabiā. qui per mul-
tos circūitus iuxta Hierico in mare mortuū influ-
it. Euxis Caucaſeis mōtibus fuſus/cum pluribus
alijs in Euxinum ſe pręcipitat mare. unde & nun-
cupat̄. Cydnus amnis Ciliciæ/a Tauro monte ꝓ-
grediens:miram aquarum habens ſuauitatem. &
quicquid caducum eſt/ cydnum gentili lingua Sy
ri dicunt. Vnde Cydno amni huic nomen datum.
quia tumet æſtate quando niues ſoluunt̄:reliquis
anni temporibus tenuis eſt & quietus. Pactolus
fluuius Aſiæ/arenas aureas trahens. De quo Ver
gilius: Pactoluſq; irrigat auro. Quem pro aurato
fluore alij chryſorriā vocāt. Smyrnus fluuius Aſię
qui ſmyrneos ſecat campos: & ipſe fluctibus au-
reis & arenis plenus. a q̃ Smyrna vocata eſt. Me-
ander amnis Aſię flexuoſus: qui recurrentibus ri-
pis inter Aſiā/& Ioniam præcipitatur in ſinū. qui
Miletum diuidit & Pyrtam. Meander autem vo-
catus/ ꝙ ſit flexuoſus & nunq; currat rectus. De
quo Ouidius: Quiq; recuruatus ludit Meāder in
undis. Thanuus fuit rex Scytharū primus: a quo
Thanus fertur fluuius nuncupctus. qui ex Riphæ
is ſiluis veniens/dirimit Europā ab Aſia: inter du
as mundi partes medius currens/ atq; in Pontum
fluens. Inachus Achaię amnis / argolicos irrigans
campos: quem rex Inachus a ſe nominauit: qui ex
ordium argiuę genti primus dedit. Ibi eſt & Ery-
manthus ab Erymantho monte demiſſus. Padus
Italię fluuius/a iugis Alpium fuſus: ex tribus fon-
tibus orit̄: ex quibus uni vocabulū eſt Padus: qui
diffuſus in mo dū ſtagni amnem ſuū dirigit: a quo
& Padus eſt nuncupatus, [illegible] græcis Eridanus
cognominatur/ab Eridano [illegible] lio: quem Pha

ethontem dicunt: qui fulmine percuſſus in eodem fluuio deiectus eſt/ & extinctus. Augetur autẽ ex ortu canis liqueſcentibus niuibus/ & cũ acceſſiõe 30. fluminũ circa Rauennam in hadriaticum mare defertur. Tyberis Italiæ fluuius / a Tyberino rege Albanoꝝ dicitur appellatus: qui in hunc fluuium cecidit: & de exitu ſuo nomen dedit. Nam antea Albula antiquum nomen a colore habuit: ꝙ niuibus albus ſit. Ipſe eſt autem Tyberis in quotidiano ſermone/ qui Tybris in verſu dicitur. Danubius Germanię fluuius vocari fertur a niuium copia quibus augetur. Iſte eſt qui in Europa plus omnibus famã habet. Idem & Iſter: quia dum innumeras vadit gentes: mutat & nomẽ: & maiores ſibi ambiẽdo colligit vires. Oritur a germanicis iugis: & occidẽtalibus partibus barbaroꝝ: pergens cõtra orientem. 60. in ſe fluuios recipiẽs/ ſeptẽ oſtijs in Pontum influit. Rhodanus Galliæ fluuius / ab oppido Rhodo cognominatus eſt: quem coloni Rhodiorum vocauerunt. qui rapido cõcitus curſu/ tyrrhein æquoris freta ſcindens/ nõ modicũ ſæpe nauigantibus facit periculum: dum inter ſe maris fluctus & amnis fluenta certãt. Rhenus a Rhodani ſocietate fertur vocatus: quoniam cum eodẽ ex una prouincia oritur. Eſt autẽ Germaniæ fluuius inter tres Europæ maximos fluuios computatus. qui a iugis Alpium uſqꝫ in Oceani profũnda curſus ſuos dirigit. Iberus amnis: qui quondam toti Iſpanię nomẽ dedit. Minius fluuius Galicię: nomen a colore pigmenti ſumpſit/ quo plurimũ exũdat. Dorius a græcis quaſi doricus cognomĩatus. Tagum fluuium Carthago Iſpaniæ nũcupauit: ex qua ortus procedit. fluuius arenis aureis copioſus & ob hoc cæteris fluuijs Iſpanię prelatus. Bethys fluuius Iſpanię. qui & Bethycæ prouincię nomen dedit. De quo Marcialis: Bethys oliuifera crinem redimite corona: Aurea qui nitidis vellera tingis aquis. ꝙ ibi lanæ pulchro colore tingũtur. Bethys aũt dictus/ eo ꝙ humili ſolo decurrat. Bethyn em̃ græci humile vel merſum vocant. Quædam autẽ flumina in diluuio ſoluta mole terrarum præcluſa ſunt: quædam vero quę non erant/ abyſſi tunc ꝑruptis meatibus eruperunt.

De diluuijs. CAP. XXXIIII.

d Iluuium dictum/ ꝙ aquarum clade omnia quę inundauerit deleat. Primũ diluuium extitit ſub Noe: quando hominũ ſceleribus offenſus omnipotens Deus/ toto orbe contecto/ deletis cunctis unum ſpaciũ cœli fuit ac pelagi. Cuius hactenus indicium videmus in lapidibus: q̊s in remotis montibus conchis & oſtreis concretos / ſæpe etiam cauatos aquis viſere ſolemus. Secũdum diluuium fuit in Achaia / Iacob patriarchę & Ogygij temporibus: qui Eleuſinę conditor & rex fuit: nomenqꝫ loco & tempori dedit. Tertium diluuium in Theſſalia/ Moyſi vel Anficion temporibus: qui tertius poſt Cecropem regnauit. cuius temporibus aquarũ inundatio maiorem partẽ populorum Theſſaliæ abſumpſit: paucis per refugia montiũ liberatis: maxime in monte Parnaſo. In cuius circũitu Deucalion tũc regno potiebatur: qui tunc ad ſe ratibus cõfugientes/ ſuſceptos per gemina Parnaſi iuga fouit & aluit. A quo propterea genus hominũ græcoꝝ fabulæ ex lapidibus rep[illegible]runt: propter hominũ inſitam cord[illegible] ſed & flumina cum inſolitis aucta imbribus ultra conſuetudinem vel diuturnitatem vel magnitudinẽ redundant/ multaqꝫ ꝓſternunt: & ipſa diluuium dicuntur. Sciendum autem flumina cum ſupra modum creſcunt: non tm̃ ad pręſens inferre damna/ ſed etiam & aliqua ſignificare futura.

De partubus geminis & monſtroſis.
CAP. XXXV.

e Xtant ab uno ortu duo puerperia egeſta. ut in ea quę gemino partu alterũ marito ſimilem / alterum ab utero genuit. Rurſus in alia quę unum iuſto partu/ alterũ quinqꝫ menſiũ edidit. Et in alia quę ſeptem menſium edito puerperio / in ſequẽtibus mẽſibus geminos enixa eſt. Haly. Pariunt quidem mulieres ſępe duos: raro autem plures. vidi tamen quę peperit maſculos ſcilicet duos & fœminã. Tradunt etiã quandam mulierem uno partu quinqꝫ peperiſſe: ſicqꝫ quattuor annoꝝ ſpacio viginti fœtus viuentes effudiſſe. & hoc quidem poſſibile eſt: mihi tamẽ ſenſu incognitum. Sunt enim quattuor in matrice loca foueis ſimilia: quæ ſunt ora venarum a quibus ſanguis menſtruus in matricem fluit. Audiui etiã mulierem in ſeptimo menſe peperiſſe filium: & in nono aliũ. Huius cauſam eſſe dicunt: ꝙ poſt conceptionẽ coitui ſe dederit alterius viri. Sigibertus in chronicis. Temporibus Theodoſij ſenioris in caſtello Iudeę Emaus natus eſt puer perfectus ab umbilico: & ſurſum diuiſus ita ut haberet duo pectora/ & duo capita: & unuſquiſqꝫ proprios ſenſus. Vnus edebat & bibebat: & alter non edebat. unus dormiebat: & alter vigilabat. Nonnunqꝫ ſimul dormiebant. Ludebant ad alterutrum: & flebant: uterqꝫ percutiebant ſe inuicem. Vixerũt autem annis ferme duobus: & unus mortuus eſt: alter ſuperuixit diebus quattuor. Solinus. Cõtra naturam eſt/ in pedes procedere naſcẽtes. Quapropeer hi velut ęgre parti appellantur agrippę. editi enim minus proſpere viuunt: & de vita eoꝝ breui recedunt. Quidam etiã cum dentibus procreãtur. ut agreus Papyrius carbo: & Marcus curio dentatus ob id cognominatus. Quidam vice dentium continui oſſis armantur ſoliditate. qualem filium Bityniorum rex Bruſias habuit. Ipſum dentium numerum diſcernit qualitas ſexus: cũ in viris plures ſint/ in fœminis pauciores ſint. quos rhinodentas vocant. Et quibus gemini prodeunt a dextra parte/ fortunę blandimenta promittũt. Quibus a lęua/ verſa vice. Cũqꝫ naſcẽtium prima vox ſit vagitus: Zoroaſtem ipſa hora qua natus eſt riſiſſe nouimus. Ioannes chryſoſtomus ſuper Matthęum li. 2. Sic autem naſcuntur quidam eunuchi: ſicut & ſex digitos habentes vel quattuor. Si em̃ Deus ſicut ab initio conſtituit unamquanqꝫ creaturam/ ſic eam dimitteret inuiolabiliter ſemper in ordine ſuo permanere: natura rerum ipſa ſe regere eſtimaretur/ et operatio Dei coram hominibus in obliuionem duceretur. Ideo natura rerum contra ordinem ſuum conuertit/ ut ſemper Deus naturarũ opifex in memoriã reducatur: & nõ ſolum ſemel/ ſed quotidie opera ſua facere videatur. Vnde de cęco qui contra naturę regulã ſic natus fuerat/ dicitur: Neqꝫ hic peccauit: neqꝫ parentes eius: ſed ut manifeſtenẽ opera Dei in illo. Ex libro de naturis rerũ. In quadam etiam regione ſicut dicit/ infantes cum buſonibus naſcunt. ſi quis autẽ ſine

buſone naſcitur: mater eius tanqꝫ adultera iudica-
tur: & ut quę ab alienigena concępit a marito ſuo
repudiatur.

De portentis. CAP. XXXVI.

P Ortenta quidem a Varrone eſſe dicun-
tur quæ contra naturam nata videntur.
ſed non ſolum contra naturam: quia di-
uina volũtate fiunt. cũ voluntas creaturis cuiuſqꝫ
rei conditæ natura ſit. Vnde & ipſi gentiles Deũ
modo naturã/modo Deum appellant. Portentũ
ergo ſit non contra naturam: ſed contra quam eſt
nota natura. Portenta autem/ & oſtenſa/ mõſtra
atqꝫ prodigia ideo nuncupantur: ꝙ portẽdere at-
qꝫ oſtendere/monſtrare atqꝫ prædicere aliqua fu-
tura videntur. Nã portenta dicta perhibent a por
tendendo/id eſt præoſtendendo. Oſtenta autem
ꝙ oſtendere quicqꝫ futurũ videãtur. Prodigia: ꝙ
porro dicant/ id eſt futurum pręd icent. Monſtra
vero a monitu dicta: ꝙ aliquid ſignificandum de-
monſtrent: ſiue ꝙ ſtatim monſtrent quid appare
at. Et hoc proprietatis eſt: abuſione tamẽ ſcripto-
rum plærumqꝫ corrumpitur. Quædam autẽ por-
tentorũ creationes in ſignificationibus futuris cõ
ſtituta videntur. Vult enim Deus interdum ven-
tura ſignificare per aliqua naſcentium noxia: ſicut
per ſomnia/& per oracula: quo pręmoneat & ſig
nificet quibuſdam vel gentibus vel hominibus fu
turam cladem. Quod plurimis etiã experimentis
probatũ eſt. Xerxen quippe vulpes ex equa crea-
ta ſolui regnum portendit. Alexandro ex muliere
monſtrũ creatũ: quod ſuperiores corporis partes
hominis quidẽ: ſed mortuas habuerit: ĩferiores di
uerſarꝫ beſtiarꝫ/ſed viuentes: ſignificaſſe repenti-
nam regis interfectionẽ. Superuixerant enim de-
teriora melioribus. ſed mõſtra quę in ſignificatio-
nibus dant̃ nõ diu viuunt: ſed continuo ut nata fu
erint occidũt. Inter portentũ aũt & portẽtuoſum
differt. Nã portenta ſunt quę tranſ figurant̃. ſicut
ferur in Vmbria mulierẽ peperiſſe ſerpentem. Vn
de Lucanus: Matrẽqꝫ ſuus cõteruit infans. Portẽ-
tuoſa vero leuem ſumunt mutationem. exempli
cauſa/cum ſex digitis nati.

De varijs portentorum modis.
CAP. XXXVII.

P Ortenta ergo vel portentuoſa exiſtunt
alia magnitudine totius corpis ultra cõ
munẽ hominũ modum. quantus fuit Ty
cius in nouem iugeribus iacens: Homero teſtãte.
Alia paruitate totius corporis. ut fauni: vel quos
græci pygmeos vocant: eo ꝙ ſint ſtatura cubita-
les. Alia magnitudine partium. veluti capite infor
mi: aut ſuperfluis membrorꝫ partibus. ut bibices/
& trimani: vel ſynodotes/ quibus gemini prode-
unt dentes. Alia defectu partium/in quibus altera
plurimum pars deficit ab altera. ut manus a ma-
nu: vel pes a pede. Alia deſciſſione. ut ſine manu
et capite generata: quos gręci ſteriſios vocãt. Alia
per notabilẽ defectũ. ut quando ſolum caput aut
crus naſcitur. Alia quę in parte tranſfigurant̃. ſicut
qui leonis habent vultũ/vel canis: vel taurinũ ca-
put aut corpus. ut ex Paſiphae mẽorãt genitũ mi
notaurũ. quod græci etheromorphiã vocãt. Alia
quę ex omni parte tranſ figurant̃ in alienæ creatio
nis portentũ. ut ex muliere vitulũ dicit hiſtoria ge
neratũ. Alia quę ſine tranſ figuratio ne mutationẽ
habẽt locorꝫ. ut oculos in pęctore/vel in frõte. au
res ſupra tempora. Vel ſicut Ariſtoteles tradidit
quendã in ſiniſtra parte iecur / in dextra ſplen ha-
buiſſe. Alia ſecũdũ cõnaturationẽ. ut in alia manu
digiti plures cõnaturati & cohęrẽtes reperiunt̃/in
alia minus: ſiue in pedibus. Alia ſecundũ ĩmaturã
& intemperatã creationẽ. ſicut hi qui dentati naſ-
cunt̃: ſiue barbati/vel cani. Alia cõplexu plurima-
rum differentiarꝫ. ſicut illud quod prædiximus in
Alexandro multiforme portentũ. Alia cõmixtio
ne generis. ut qui androgyni & hermaphroditæ
vocant̃. Hermaphroditę autẽ nuncupati: eo ꝙ ut̃
qꝫ ſexus in eis appareat. herma quippe apud græ-
cos maſculus/& aphrodi fœmina nuncupant̃. Hi
dextram mãmillã virilẽ / ſiniſtrã muliebrem habẽ
tes/viciſſim coeũdo & gignunt & pariunt.

De portentis vel monſtris fabuloſis.
CAP. XXXVIII.

D Icuntur autẽ & alia hominum fabuloſa
portenta: quę non ſunt/ ſed ficta in cau-
ſis rerũ interpretant̃. ut Gerionẽ Iſpanię
regem triplici forma proditũ. Fuerũt enim tres fra
tres tantę concordię / ut in tribus corporibus una
quaſi anima eſſent. Gorgones quoqꝫ meretrices
crinitas ſerpentibus: quæ aſpiciẽtes cõuertebãt in
lapides: habentes unũ oculũ quo inuicem uteban
tur. Fuerunt em̃ tres ſorores unius pulchritudinis
quaſi unius oculi: quę ita ſpectatores ſuos ſtupeſ-
cere faciebant/ut vertere eos putarent̃ in lapides.
Sirenes tres fingũt fuiſſe ex parte virgines / & ex
parte volucres: habẽtes alas & ungulas: quarum
una voce/altera tibijs/tertia lyra canebat: quæ il-
lectos nauigãtes ſub cantu ad naufragium trahe-
bant. Secundũ veritatẽ aũt meretrices fuerũt: quę
amaſios qa deducebant ad egeſtatẽ/ his fictę ſunt
inferre naufragia. Alas autẽ habuiſſe & ungulas:
qa amor volat & vulnerat. Quæ inde ĩ fluctibus
cõmoraſſe dicunt̃: qa fluctus Venerẽ creauerũt.
Scyllã quoqꝫ ferũt fœminã capitibus ſuccinctã ca
ninis cũ latratibus magnis: propt̃ fretum ſiculi ma
ris: in quo nauigãtes vorticibus in ſe cõcurrentiũ
undarꝫ exterriti/latrare exiſtimant undas: q̃s ſor-
bentis ęſtus vorago collidit. Fingũt & monſtra q̃
dam irrationaliũ aĩantiũ. ut Cerberum inferorꝫ ca
nem tria capita habentẽ: ſignãtes per eũ tres æta-
tes per quas mors hominem deuorat: id eſt infan
tiã/iuuentutẽ/ſenectutẽ. Quẽ quidã ideo dictum
Cerberꝫ putãt/quaſi creoboros. i. carnẽ vorãs. Di
cunt & Hydrã eſſe ſerpentẽ cũ nouem capitibus:
quę latine Cędra dicit̃: ꝙ uno cæſo tria capita ex-
creſcebant. Sed Hydrã conſtat locũ fuiſſe euomẽ
tem aquas: vaſtantem vicinã ciuitatẽ: in quo uno
meatu clauſo multi erũpebãt. Quod Hercules vi
dens /loca ipſa exuſſit: & ſic aquæ clauſit meatus.
Nã Hydra ab aqua dicta eſt. Huius mentionẽ fa-
cit Ambroſius /in ſimilitudinẽ hereſis dicens. He-
reſis em̃ velut quædã hydra fabularũ vulneribus
ſuis creuit: & dũ ſępe recidit̃ pullulat: igni debita/
incendioqꝫ peritura. Fingũt & Chimęrã triformẽ
beſtiã ore leonis: poſtremis partibus dracõis: me-
dia capræ vomentis ignem. Quam quidam philo
ſophi non animal/ſed Cilicię montem eſſe aiunt:
quibuſdam locis leones & capras nutrientẽ: qui-
buſdam ardentem: quibuſdam plenum ſerpenti-
bus. Hunc Bellerophon habitabilẽ fecit: unde &
Chimęram dicitur occidiſſe. Centauro autem ſpe
cies ipſa vocabulum indidit: id eſt homiem equo

mixtum. Quos quidam fuiſſe equites Theſſaloꝝ
dicūt: ſed pro eo ꝙ diſcurrētes in bello velut unū
corpus equorum & hominū viderentur/ inde Cē
tauros dictos aſſeruerunt. Porro Monocentaurū
nomen ſumpſiſſe ex tauro & homine. qualē beſti
am dicunt fabuloſe in labyrintho incluſam fuiſſe.
De qua Ouidius: Semibouemq; virum/ ſemiuirū
q; bouem. Monocentaurum autem vocari: eo ꝙ
media hominis ſpecies/ media aſini eſſe dicatur. ſi
cut & Hippocentaurus/ ꝙ eqnorum hominumq;
in eis natura coniuncta fuiſſe putatur.

De tranſformatis. CAP. XXXIX.

Cribuntur autē & quędam monſtroſæ
ſ hominum tranſformationes in beſtias.
ſicut de illa maga famoſiſſima Circe: q̃
ſocios Vlyxis mutaſſe fertur in beſtias. Et de Ar-
cadibus: qui ſorte ducti tranſnatabant quoddam
ſtagnum: atq; ibi conuertebanť in lupos. Nam &
Diomedis ſocios in volucres fuiſſe conuerſos: nō
fabuloſo mendacio/ ſed hiſtorica affirmatione cō
firmant. Sed & quidam aſſerunt ſtrigas ex homi
nibus fieri. Ad multa enim latrocinia figurę ſcele-
ratorum mutantur: ſiue cū magicis cantibus / ſiue
herbarum veneficio totis corporibus inferas trāſ
eunt. Siquidem per naturā plæraq; mutationē re
cipiunt: & corrupta in diuerſas ſpecies trāſformā
tur. ſicut de vituloꝝ carnibus putridis apes / ſicut
de equis ſcarabei/ de mulis locuſtę/ de cācris ſcor-
piones. Ouidius: Concaua littorei ſi demas bra-
chia cancri.: Scorpion exibit / caudaq; minabitur
unca. Solinus. Neuri ut accępimus/ ęſtatis tempo
ribus in lupos tranſfigurantur. deinde ſpacio ex-
acto quod huic ſorti attributum eſt / in priſtinā fa
ciem reuertuntur. Populis iſtis deus Mars eſt: ꝓ
ſimulacris enſes colunt. homines victimas habēt:
oſſibus adolent ignes focorū. Geloni populi Scy-
thię/ de hoſtium cutibus & ſibi indumenta faciūt
& equis ſuis tegmina. Helimandus in chronicis.
Memini me adoleſcentulum audiſſe a nōnullis ꝓ
vero enarrari: ꝙ in territorio Beluacenſi erat qui-
dam ruſticus: qui dum uxor eius lauaret ei caput /
quoſdam articulos manus pueri ex ore euomuit.
opinio autem nimis vulgata erat/ illum per diuer-
ſa tempora tranſformari. Hæc autem opinio per
illū vomitum articulorum pueri vehementius cō
firmata eſt. Idem in li. 8. Lemures autē ſiue laruę ni
hil aliud ſunt q̃ terribiles umbrę vel animaꝝ dam
natarum/ vel nequiſſimoꝝ & immundorum ſpiri
tuum. Quarū natura teſte Hieronymo dicitur eſ-
ſe: terrere paruulos/ & in angulis garrire tenebro
ſis. Sed harum terror inutilis/ ſigno crucis oppoſi
to ut fumus euaneſcit.

De quorundam virorū miris ac ſingula
ribus naturis. CAP. XL.

Auguſtinus de ciuitate dei li. 8.

Vorundā naturas hominum nouimus:
q ut alias dictum eſt: ipſa raritate mirabi-
les: de corpore ſuo facientium quod alij
nullatenus poſſunt/ & audita vix credūt. Sunt et-
enim quidam qui aures & ſingulas/ vel ambas ſi-
mul mouent. Sunt qui cęſariem immoto capite ad
frontē deponūt: reuocantq; cū volunt. Sunt qui
eoꝝ quę incredibiliť varia & plurima vorauerūt /
pa[illegible]ulū præcordijs contrectatis/ tanq; ex ſacculo
quo[illegible]d placuit integerrimū proferunt. Quidam &
voces auiū/ pecorūq;/ & alioꝝ quorūlibet homi-
num ſic imitantur & exprimunt: ꝙ niſi videantur
omnino diſcerni non poſſunt. Nonnulli etiam ab
imo ſine ullo pudore ita nūeroſos pro arbitrio ſo-
nitus edunt: ut ex illa quoq; parte cantare videan
tur. Expertus ſum hominem ſolere cū vellet ſuda
re. Notū eſt etiā quoſdam cū volunt ubertim la-
chrymas fundere. Solinus. Aulus craſſus/ quē par
tica bella rapuerunt: eo ꝙ nunq; riſerit Agelaſtus
cognominabať. Inter alia Socratis magna præcla
rum illud eſt: ꝙ in eodem vultus tenore etiam ad
uerſis interpolātibus perſtitit. Heraclitus & Dio
genes cynicus nihil unquā de rigore animi remiſe
runt: calcatiſq; turbinibus fortuitorum / aduerſus
omnē dolorē vel miſeriā uniformi durauere pro-
poſito. Pomponiū poetam conſularem virū nun-
q; ructaſſe habetur inter exempla. Antoniū Dru-
ſi non ſpuiſſe percelebre eſt. Nōnullos naſci accę
pimus concretis oſſibus: eoſq; neq; ſudare cōſue-
uiſſe: neq; ſitire. qualis fuit ſyracuſanus Ligdanius
qui tertia &. 30. olimpiade primus ex olīpico cer-
tamine Pancracij cordnam reportauit. cuiuſq; oſ-
ſa deprehenſa ſunt medullam non habere. Varro
in relatiōe prodigioſę fortitudinis/ annotauit Tri
tannum gladiatorē natu ſamnitē fuiſſe: qui ex rec
tis & tranſuerſis neruis nō modo crate pectoris /
ſed & manibus cancellatis & brachijs omnes ad-
uerſarios leui tactu/ ac pene ſecuris congreſſioni-
bus vicerit. Eius filiū militē Cn. Pompeij pari mo
do natum ita ſpreuiſſe hoſtē prouocantē/ ut iner-
mi eū dextera ſuperaret: & captū digito uno in ca
ſtra Imperatoris ſui reportaret. Milionem quoq;
croconienſem egiſſe omnia ſupra q̃ homo valet.
Etiā hic proditur: ꝙ ictu uno manus/ taurum fecit
victimā: eumq; ſolus una die abſumpſit nō graua
tus. Super hoc nihil dubiū. nā ut inde factū elogi-
um extat: victor ille omniū certaminū obijt.

De quibnſdam mulieribus barbaris &
monſtroſis. CAP. XLI.

Ex libro de naturis rerum.

Orro in partibus orientis/ ut dicit magiſ
p ter Iacobus de vitriaco: ſunt Amaçones
videlicet in armis & pręlijs egregiæ mu
lieres/ iuxta montes Caſpios / in inſula fluuio un-
diq; circūcluſa/ pluſq;. 200. milia: abſq; viroꝝ con
ſortio ſeorſum habitantes. Quæ quando cū regi-
na ſua victrices a pręlijs reuertunť. A viris ſuis/ q
ꝑ ſe cōmoranť extra inſulā/ adoranť. Semel aūt in
anno cauſa generādę prolis ad maritos exeūt. Re
uerſęq; ſi maſculū concęperint: ipſum per ſex an-
nos nutriūt: & poſtea patri ſuo tranſmittūt. Si vē
ro fęminā: ipſam ſecū reſeruāt. Itaq; quoniā ex fre
quenti libidinis uſu multi ſpiritus cōſumunť: prę-
fatę virgines quanto rarius coeunt / tanto fortio-
res ad pugnandū magis idoneę ſunt. In ſupradic-
tis quoq; partibus ſunt & mulieres ſpecioſæ val-
de/ in quodā flumine calido habitantes: horridas
veſtes habentes: armiſq; argenteis/ eo ꝙ ferrū nō
habeāt/ utentes. Sunt & alię in ſiluis Indię barbas
habētes uſq; ad mām̄illas: pellibus animaliū indu
tę: nec viuūt niſi de venatione. habent eīm pro ca-
nibus tigrides ac leopardos/ rabidaq; ferarū gene
ra. Sunt & quędā ibi ſpecioſiſſimę mulieres in flu
mine habitantes: albę ſicut nix. ſed hoc pulchritu-
dinis vitiū habent: ꝙ dentibus humanis carent: &
caninis horrent. In extremis Burgundiæ partibus
circa Alpes quædam ſunt mulieres guttur mag-

num usq; ad ventrem protensum/ tanq; ampho-
ram vel cucurbitā amplam habentes. Isidorus ubi
supra. Perhibent in India gentem esse fœminarū
quę quinquies concipiunt: & octauum vitę annū
nō excedunt. Solinus. Apollonides ꝓhibet in Scy
thia fœminas nasci quę Bithię vocantur: hasq; in
oculis pupillas habere geminas: & perimere visu
si forte iratę aliquē aspexerit. Hę sūt & ī Sardinia.

De quorundam utriusq; sexus corpori-
bus immensis. CAP. XLII.

l Icet autem plærique definiant/nullum po
sse excedere longitudinem pedū septē:
eo q intra mēsurā istā Hercules fuit: de
prehensum est tamen romanis tēporibus sub di-
uo Augusto Pusionem fuisse/ & secundū illā de-
nos pedes & amplius habuisse proceritatis: quo-
rum reliquię adhuc in conditorio salustianorū vi-
dentur. Postmodum diuo Claudio prin cipe/Gal
barium nomine ex Arabia aduectum nouem pe-
dum/& totidem unciarꝝ priscarum mole sua. Te/
stantur etiam Orestis suprema/ cuius ossa olimpi
ade.58. Tegeę inuenta a Spartanis oraculo moni-
tis: didicimus implesse longitudinem cubitorꝝ se-
ptem. Scripta quoq; ex antiquitate memorās/ac-
cersiunt in fidem veri: q bello Cretico cū clara flu
mina plusq; viannica terras rupissent: post disces-
sum fluminū int plura humi discidia humanū cor
pus repertū sit cubitorū triū atq; triginta. Cuius
spectandi cupidine Luciū Flaccum legatū/ Metel
lum etiā ipsum impēdio captos miraculi: quod au
ditu refutauerant oculis potitos. Ex libro de natu
ris rerum. In occiduis quoq; partibus reperta est
puella: quā unde fluuiorū gurgites ab oceano ter
ris adduxerant ignoratur: in capite vulneratam et
mortuam: quę.50. cubitorum longitudinis erat: et
inter humeros.x. latitudinis: & indutam chlamy-
de purpurea. Colossus etiam homo mōstrosus fu
it: quem occisum Tyberis fluuius cooperire non
potuit: ipsumq; mare per multa spacia rubro san-
guine infecit: ut Adelinus dicit. Cuius etiā templū
& statua Romę facta est: quę ab eius nomine Co
lossus dicitur. Preterea tantę magnitudinis homo
aliquando visus est: ut in antro suo resupinus ia-
cens/& nna manu duos viros tenens/ crudos eos
dem manducaret.

De gētibus monstrosis/& primo de gi
gātibus & cynocephalis. CAP. XLIII

f Icut autem in singulis gentibus quædā
monstra sunt hominū: ita in uniuerso ge
nere humano quędam monstra sunt gē
tium. ut gigātes: cynocephali: cyclopes. Gigantes
dicūtur iuxta gręci sermonis etymologiā/ qui eos
gegines existimant/id est terrigenas: eo q eos fa
bulose parens terra immensa mole & similes sibi
genuerit. ge enim terra appellatur: gines genus. li-
cet terrę filios vulgus vocet: quorum genus incer
tum est. Falso autē opinant quidā imperiti de scri
pturis sanctis: preuaricatores angelos cū filiabus
hominū ante diluuiū cōcubuisse: & exinde natos
gigantes: id est nimiū grandes & fortes viros/de
quibus terra impleta est. Glosa sup Genesim. Sūt
autē gigantes homines potētes/ imanes corpori-
bus/superbi viribus/inconditi moribus. Ex libro
de naturis rerū. Vltra Gangē fluuium hoïes adeo
grandes sunt/ut elephantos facile transiliant. Ho
minū quoq; genus est in insula ubi Aethne mon-
tis incendiū legit: qui unū oculū sub asperrima frō
te ad clypei similitudinē habent: & dicunt Cyclo-
pes. Hi tantę sunt altitudinis / ut procerrimarum
arborꝝ excedāt longitudinē. Et sanguine vescun-
tur. Vnde visum est ut diximus: q unus eorum in
antro suo resupinus iacēs / una manu duos viros
tenens crudos māducabat. Isidorus ubi supra. Cy
nocephali appellant: eo q canina capita habeant:
quosq; ipse latratus magis bestias q homines cō
fitent. Hi in India nascunt. Ex libro de naturis re-
rum. Aetate quoq; nostra delatū est animal regi
Francię Ludouico: capite fere canino: cętera vero
membra corporis habens ut homo. Crura quidē
humāo more nuda/ manusq;: collū albū ac nudū:
dorsum ꝟo pilosū. erectus ut homo stabat: & ut
homo sedebat. Coctis carnibus vescebat: vinūq;
libentissime bibebat: & ita decent ac modeste si-
cut homo cibū manibus capiebat/& ori suo infe-
rebat. Genitale membrꝝ habebat magnū/ ultra q
corporis quātitas exigebat. Puellis ac fœminis li-
bentissime iungebat: & in sexu viri ac fœminę dis
cretionē habebat. Cūq; pacatū erat hoc aïal/ in-
star hoïs mitissime ac decētissime se gerebat: at ve
ro furijs agitatū crudelissime mouebatur: & in ho
mines seuiebat.

De Cyclopedibus ac ceteris. CA. XLIIII.

c Yclopes eadem India gignit. sic dicti: q
unū habere oculū in fronte media perhi
bent. Hi & Agriophagitę nūcupant ꝓ-
pter hoc/q solas ferarꝝ carnes edūt. Blēmias in Li
bya credūt truncos sine capite nasci: & os & ocu-
los habere in pectore. Alios sine ceruicibus gigni
oculos habētes in humeris. In ultimo autē oriētis
mōstrosę gentiū facies scribunt. Alię sine naribus
ęquali totius oris planicie informes habentes vul
tus. Alię labro subteriori adeo ꝓminēti: ut in solis
ardoribus totā ex eo cōtegāt faciē dormiētes. Ali
is concreta ora esse modico tm̄ foramine/ calamis
auenarꝝ pastus haurietes. Nōnulli sine linguis eē
dicunt: inuicē pro sermōibus utētes nutu siue mo
tu. Panetios apud Scythiā esse ferūt tā diffusa ma
gnitudine auriū/ut omne corpus ex eis contegāt.
Hirthabaitę in Aethiopia proni ut pecora ambu-
lare dicunt: & q̄dragesimū annū nullus supergre-
ditur. Satyri homūtiones sunt aducis naribus/cor
nua in frontibus habentes: & pedes caprarꝝ pedi-
bus similes. Quale in solitudine sanctus Antoni-
us vidit. qui etiā interrogatus / dei seruo respōdis
se fert dicēs: Mortalis ego sum unus ex acolis ere
mi/quos vario errore delusa gentilitas faunos / sa
tyrosq; & incubos colit. Dicunt quidā & siluef-
tres hoïes: q̄s nonnulli Faunos ficarios vocāt. Sci
opodū gens fert in Aethyopia singulis cruribus /
& celeritate mirabili. Hi per ęstū in terra resupini
iacētes/pedū suorꝝ magnitudine adumbrant. Ant
tipodes in Libya plātas versas habēt post crura/
& octonos digitos in plantis. Hippodes in Scy-
thia sunt/humanā formā & equinos pedes habē-
tes. Itē in India ferūt esse gentes quę Macrobij nū
cupant. 12. pedū staturā habētes. unde & nūcupa-
ti. macron em̄ gręci longū dicunt. Est et gēs ibi sta
tura cubitalis: quos gręci Pygmeos vocāt: de qua
supra diximus. Hi montana Indię tenēt: q̄bus est
vicinus oceanus. Solinus. Arimaspi gēs circa Cli-
telon posita/q monocula est. Vltra quos & Ri-
pheum iugum regio est assiduis obsessa niuibus:

ubi humanos pedes flexis nisibus crurium serpũt potius q̃ incedũt/ & pergẽdi usum lapsu magis destinant q̃ gressu.

Adhuc de eodem. CAP. XLV.

Egastenes per diuersos Indiç mõtes scribit esse nationes capitibus caninis armatas unguibus: amictas vestitu tergorũ animalium hirtorum: ad sermonem humanũ nulla voce/ latratibus tm̃ sonantes rictibusq;. Apud Thesiam legitur: quasdam fœminas semel parere/ natosq; canes ilico fieri. Esse rursum gentẽ alterã/ quç in iuuẽta cana sit: nigrescat in senectute: ultra æui nostri terminos perennantem. Legimus mon oculos quoq; ibi nasci singulis cruribus/ & singulari pernicitate: quç ubi defẽdi se velit a calore/ resupinati plantarum suarų magnitudine inumbrantur. Gangis fontem qui accolũt/ nullius ad escam opis indice/ odore pomorum siluestriũ viuunt: lõgiusq; per gentes eadẽ illa in prçsidium gerunt/ ut olfactu alantur. Q; si deteriorẽ sorte spiritum traxerint: eos exanimari certum est. Sunt qui ceruicibus carent/ & in humeris oculos habent. Sunt & qui siluestres/ corpore hirti: caninis dentibus: stridore terrifico. Ex libro de naturis rerũ. Homines quidã orientis sunt statura mediocri: quorũ ut lucernæ lucent oculi. Sunt & hoĩes quidã tantas in dorso strumas habentes: q; quicquid in augmentum corpis cedere debet gibbus absorbet. & ob hoc parui sunt velut gnani. In mõtibus Indiç pygmei sunt cubitales: quibus bellũ est contra grues. In insula Brixentis fluuij sunt homines absq; capitibus nascentes: quos epiphagos vocant grçci. & sunt octo pedum altitudinis: totaq; in pectore gerunt officia capitis. nisi q; oculos habent in humeris. Sunt & homines quidam utriusq; sexus nudi incedentes: corpus pilosum in modũ bestiarų habentes: & æque in flumine & in terra habitantes. Qui cũ extraneos homines superuenire vidẽt/ in flumine submersi nõ apparẽt. Sunt agrestes/ magni valde: & pilosi sicut porci/ & quasi ferç mugiẽtes. Homĩes quoq; legunt̃ antiquitus visi/ qui caudas habebant. Alij qui cornua. Aliquos etiam vidimus velut canes emittentes latratus. Iterų homines quidã siluestres in partibus oriẽtis capti sunt in siluis: qui postq̃ inter homines domesticos veniebant: manducare renuẽtes moriebant/ vel euadebant. Homines etiam hermaphroditç visæ sunt in Francia masculini & fœminini sexus.

De quarundem gentium moribus extraneis. CAP. XLVI.

Icto de mirabilibus quorundã hominũ naturis: libet etiã hic pauca inferre de q̃rundã gentiũ barbarũ moribus extraneis: siue consuetudinibus apud gẽtes cçteras insuetis. Hieronymus contra Iouinianũ li. 2. Scotorum natio proprias uxores non habet/ sed ut cuiq; libitum fuerit pecudũ more lasciuiũt. Persç/ Medi/ Indi/ Aethiopes regna nõ modica/ & Roma imperio non parua/ cum matribus & auijs & cum filiabus copulant̃. Massagetæ & derbices miserrimos putant qui çgrotatione moriunt̃: & parẽtes/ cognatos/ propinquosq; cũ ad senectutẽ venerint/ iugulatos deuorant: rectius esse dicentes/ ut a se potius q̃ a vermibus absumant̃. Eil arini senes quos dil erũt suspendũt in patibulo. Hiccani volucribus & canibus semiuiuos proijciunt. Caspitides bestijs mortuos. Scythæ eos qui a defunctis amati sunt viuos infodiunt cum ossibus mortuorų. Caprij canibus ad hoc nutritis subijciũt senes. quod cum Alexandri præfectus Fiasanor emendare voluisset: pene amisit prouinciã. Solinus. Post inhumanos ritus primos hominũ Seres cognoscimus: qui aquarų aspergine inundatis frondibus/ vellera arborų adminiculo depectunt liquoris: & lanuginis tenerã subtilitatẽ humore domant ad obsequium. Hoc illud sericũ est in usum publicũ damnosç Veneris admissũ: eo q; ostendere potius corpora q̃ vestire primo fœminis/ nunc in viris luxuriç persuasit libido. Seres ipsi quidẽ mites/ inter se quietissimi. Alias vero reliquorų mortalium cętus refugiunt: adeo ut cæterarų gentium cõmercia abnuant. Primũ eorų fluuium mercatores ipsi transeunt: in cuius opes nullo interpretis linguç cõmercio/ sed disposito rerum precio/ oculis æstimantibus sua tradunt: nostra non emunt. Clemens li. 9. Apud Seres neq; meretrix/ neq; adultera/ neq; fur ad iudicium ducitur: ne occisus homo feratur aliquãdo. Sed apud eos legum suarum metus vehementior q̃ genesis constellatio. Hi in initio orbis terrç habitant Seres: quia caste viuũt: nec erugine/ nec grandine/ nec pestilentia & malis huiusmodi affliguntur. quia nec post conceptum adiri ultra apud eos fœmina phas est: neq; cum purgatur. Carnibus immundis nemo ibi vescitur: sacrificia nemo nouit. Secũdum iusticiã omnes sibijpsi iudices fiunt. ideo non castigantur huiusmodi plagis: sed plurimũ temporis in vita durantes/ absq; ægritudine vitã finiunt. Morbidç autẽ immundiciç profecto solent occidere. Solinus. Essedorum moris est: parentum funera prosequi cantibus: & proximorų corrogatis cœtibus/ corpora ipsa dentibus laniare: ac pecudum mixta carnibus dapes facere: & capitum ossa auro incincta poculorų tradere ministerium. Scythotauri pro hostijs cędunt aduenas. Satharcæi auro argentoq; damnato/ in æternum se a publica auaricia vendicauerunt.

Adhuc de eodem. CAP. XLVII.

Cytharum in terris habitantiũ asperior ritus est. Specus incolũt: pocula non ut Essedones/ sed inimicorũ capitibus moliuntur. Amant prœlia: interemptorų cruore a vulneribus ipsis bibũt. De numero cçdiũ honor crescit. quarų expertẽ esse/ apud eos probrũ est. Haustũ mutui sanguinis fœdus sanciũt: non suo tm̃ timore/ sed Medorũ: quorų usurpata est disciplina. Iustinus li. 2. Scythæ agrum non exercent: nec domus ulla/ aut tectũ/ aut sedes est. Armenta & pecora semper pascentia/ & per incultas solitudines errantia. Vxores & liberos secum in plaustris vehunt corijs tectis/ imbriũ hyemisq; causa: quibus pro domibus utunt̃. Iusticia gentis ingenijs/ nõ legibus culta est. Nullũ scelus apud eos ẽ furto grauius: pro eo q; sine munimẽto alimẽta habẽt. Aurum & argẽtũ nõ appetũt. Lacte & melle viuũt. Lanç ac vestiũ usus eis ignotus est: q̃q̃ continuis frigoribus utant̃ pellibus ferinis ac murinis. Hæc cõtinẽtia illis morų quoq; iusticiã edidit/ nihil alienũ cõcupiscẽtibus. Quippe ibi diuitiarų cupido ẽ ubi & usus. Solinus. Garamãtici æthiopes matrimonia priuati nesciũt: sed oĩbus in venerẽ vulgo licet. Inde ẽ: q; filios matres tm̃ recognoscũt. nã paterni no[minis] nulla reuerẽtia est. Quis enim verũ pa-

trem nouerit in hac luxuria icestuose lasciuietes? Eapropter Garamatici æthyopes inter omnes populos degeneres habetur. nec immerito: ut qui afflicta castitatis suę disciplina/ successionis noticiā ritu improbo perdiderūt. Arabes scænitę causam nominis inde ducunt: q tentorijs succedunt: nec alias domus habent. Ipsa autē tentoria cilicia sunt aut velamenta caprarum pilis texta. Præterea suillis carnibus prorsus abstinent. Sane hoc animalis genus si inuectum illo fuerit / morit ilico. Arabes longe lateqꝫ diffusi / diuersis etiā montibus & cultibus plurimis viuunt. Alijs crinis intonsus/mitrata capita redimitu pari: pars rasa i cruce barba. Cōmercijs student. Aliena non emunt: vendunt sua. mari qppe & siluis diuites. Vmbrę quę nobis dextræ/sunt illis sinistrę. Pars eorꝝ quibus asper victus est / angues edunt. Nulla velaminis/ aut cura corporis: ac propterea oseophagi nominant. Troglodítæ specus excauant quo tegantur. Nullus illis habendi amor. a diuitijs paupertate se abdicauerunt voluntaria. Tm lapide uno gloriātur/ quē Exacontalicū nominamus: tā diuersis notis sparsum: ut sexaginta gemmarū colores in paruo orbiculo eius deprehendātur. Homines isti carnibus viuunt serpentum: ignariqꝫ sermonis strident potius q̄ loquantur. Angilę vero solos co[illegible]t inferos. Fœminas suas primis noctibus nuptiarū adulterijs cogunt parere: mox ad perpetuam pudiciciam se legibus stringunt seuerissimis. Gafarantes abstinent prœlijs: fugiūt commercia: nulli extero misceri sinunt.

De barbaris moribus Indorum.
CAP. XLVIII.

Montana quidē Indiæ Pygmei tenent: ac hi quibus vicinus est oceanus sine regibus degunt. Pandęa gens a fœminis regitur: cui reginam primā assignant Herculis filiā. Indis omnibus est promissa cæsaries/non sine fuco cęrulei/aut crocei coloris. Cultus pręcipuus in gemmis. Nullus funerum apparatus. Pręterea ut in Archelai regum libris editum est: inquantū mores populorum dissoluunt / habitus quoqꝫ discrepantissimus est. Alij lineis/alij laneis peplis vestiuntur. pars nudi: pars obscœna/ tm adminiculati. Plurimi etiam flexibilibus libris circūdati. Quidā populi adeo proceri/ ut elephātos velut equos facillima insultatione trāsiliāt. Plurimis placet/neqꝫ animal occidere/neqꝫ vesci carnibus. Plæriqꝫ tm piscibus aluntur & mari viuunt. Sunt qui proximos & parentes priusqꝫ annis/ aut ægritudine in maciem eant/velut hostias cędunt: deinde peremptorum viscera epulas habent: quod ibi non sceleris/sed pietatis loco numerant. Sunt etiam qui cum incubuere morbi / procul a cæteris in secreta abeunt: nihil anxie mortē expectantes. Habēt & Indi sapientes philosophos/ quos Gymnosophistas vocant. Qui ab exortu solis usqꝫ ad occasum contentis oculis orbem candentissimi sideris contuentur: in globo ignis rimantes quędam secreta: arenisqꝫ feruentibus per totam diem alternis pedibus insistunt. Hieronymus contra Iouinianū li. primo. Indi ut oēs pene barbari uxores pulcherrimas habent. Apud eos lex est: ut uxor charissima cum defuncto marito cremetur. hæ ergo contendūt inter se de morte viri: & ambitio summa certantium est: testimoniū castitatis digna morte decerni. Itaqꝫ victrix in habitu ornatuqꝫ pristino iuxta cadauer defuncti accubat: amplexans illud & osculans: & suppositos ignes pudicicię laude contemnens. Puto qui sic moritur/secundas nuptias non requirit. Idē in li. secundo. Bardesanes vir babylonicus in duo dogmata apud Indos gymnosophistas diuidit: quarū unum appellat brachanas/ aliud samaneos. Qui tantę continentię sunt: ut vl pomis arborum iuxta Gangē fluuium / vel oriçæ & farinę alantur cibo. & cū rex ad eos venerit: adorare illos solitus sint: pacemqꝫ prouincię suę i eorum precibus arbitrari sitam. Ex libro de naturis rerum. Eridraces siue gymnosophistę contempta fallaci sęculi vanitate/ in tugurijs & speluncis habitant: nulli nocēt: nec contra aliquos armis se defendunt. Filij autem & uxores eorum seorsum inhabitant cum animalibus: quæ ad vitam sobriam sustentandā enutriunt. Hos cū Alexander macedo reperisset: valde miratus/ ait illis: Petite quod vultis: & dabo vobis. Da nobis inquiunt immortalitatem: quā super omnia desideramus. alias em̄ diuitias nō curamus. At ille: Mortalis inquit cum sim/ immortalitatem quomodo dare possum? Si ergo inquiūt mortalem te esse cognoscis: cur tot mala faciendo vagabundus in orbe discurris? Sūt & Bracmāni ultra Gangem fluuiū habitantes: q̄s religio mirabilis/& innocētia/ mores & vita mirifice decorant. Horum Didascalus didymus ab Alexandro macedoniæ rogatus/mirabilem ad eum scripsit epistolam de vita & sanctis moribus ipsorum: de cultu quoqꝫ unius Dei: & de æternitate filij cum patre. dicens inter cætera. Deus verbū est: & illud verbum creauit mundum: & per hoc viuunt omnia. Nos autē hoc verbum colimus: hoc adoramus. Deus spiritus & mens est: ideo non amat aliud nisi mundam mentē. Sunt & in illis partibus homines alij/qui amore alterius vitę in ignē se mittere non formidant. Alij qui parentes proprios nimio senio confectos mactare/ & eorū carnes ad epulas præparare/pietatem īmensam ac religionem putant: renuentes vero tanqꝫ impios detestantur.

De moribus singularibus cæterarum regionum. CAP. XLIX

Thracibus barbaris inest contemptus vitæ: & ex quadā naturali sapientię disciplina concordant omnes ad interitū voluntarium: dum nonnulli eorꝝ putant obeuntium animas reuerti. Alij non extingui / sed beatas fieri magis. Apud plurimos luctuosa sūt purpurea. deniqꝫ recens natum fletu parens excipit. Ecōtra læta sunt funera: adeo ut exemptos gaudijs prosequantur. Fœminę eorum tenaces castitatis /insiliunt rogos defunctorum coniugum: & quod maximum insigne castitatis dicunt / præcipites in flā mas eunt. Thraces corporū magnitudine omnes homines antecedūt: cæruleis oculis ac truci visu: terrifico sono vocis: annosa ætate. Aedificia modice ab humo eleuata. Annona eodē semper tenore. Vites nesciunt: pomis abundant. In regis electione non nobilitas pręualet/ sed suffragiū uniuersorum. populus enim eligit spectatum moribus/ & inueterata clęmentia: etiam annis grauem. Sed hoc in eo quæritur: ut liberi ei nulli sint. Namqui pater fuerit: etiā si [illegible] spectatur/ad regē dum nō admittitur. Et si forte dum regnat pignus sustule

rit/poteſtate exuitur. Maxime hoc cuſtoditur:ne
fiat hæreditarium regnū. Deinde etiam ſi rex ma⸗
ximam præferat æquitatem/ volunt ei totum lice
re. Quadraginta ergo rectores accipit: ne in cau⸗
ſis capitum ſolus iudicet. Q, ſi etiam ipſe in pecca
to aliquo arguitur/ morte mulctat̄: non tamen ut
cuiuſꝗꝫ manu attrectetur/ſed conſenſu publico re
rum omniū īterdicta ei facultate / etiam colloquij
poteſtas primo denegatur. Scęnolophagi nō alia
ꝗꝫ teſtudinum carne viuūt. Hirſuti:niſi facietenus
quæ ſola lenis eſt. Iidem quocꝫ corijs piſcium ve
ſtiuntur. Præterea in quadam regione apud eos
quibus ad viuendi rationē exactior cura eſt/mul⸗
tæ uxores in eiuſdem viri coeunt matrimoniū. Et
cum maritus deceſſerit: apud grauiſſimos iudices
ſuam quæcꝫ de meritis agit cauſam. Et quę offici⸗
oſior cęteris ſententia vicerit iudicantiū:hæc pal⸗
mæ refert pręmiū: ut arbitrio ſuo aſcēdat rogum
coniugis: & ſupremis eius ſemetipſam det inferi⸗
as. cæterę cum nota viuant. Ambroſius de exceſ⸗
ſu ſatyri li. primo. Lyciorꝫ feruntur eſſe præcepta:
quę viros iubeant muliebrem veſtem induere / ſi
mœrori indulgeant:eo ꝙ mollē & effœminatum
iudicauerūt in viri luctum. Deforme enim eſt eos
qui pro fide/pro religione/pro patria/pro æquita
te iudicij atcꝫ intentione virtutis obuiū morti pec
tus offerre debeant:mœrere in alio grauius quod
in ſe ſi cauſa exegerit expendendū ſit. Iulius cæſar
Britones leporē & gallinam aut anſerem guſtare
phas non putant. hæc tamen alunt animi volup⸗
tatiſcꝫ cauſa. Loca ibi ſunt tēperantiora ꝗꝫ in Gal
lia:remiſſioribus frigoribus interiores. Plęricꝫ fru
menta non ſerunt/ſed lacte & carne viuunt:pelli⸗
buſcꝫ veſtiuntur. Omnes vero Sebritāni ultro in
ficiūt coruſco colore: atcꝫ horridiores ſunt in pu⸗
gna aſpectu. Capillocꝫ ſunt promiſſo: & in omni
parte corporis raſi:pręter caput & labrum ſuperi
us. Vxores habent deni duodenicꝫ inter ſe cōmu
ne: & maxime fratres cum fratribus/parenteſcꝫ
cum liberis. Sed qui ſunt ex his nati/eorum habē⸗
tur liberi quo primū virgo quęcꝫ deducta eſt. Va
lerius li. 2. Perſæ non aſpiciunt liberos ſuos priuſ⸗
ꝗꝫ ſeptē impleuerint annos:quo paruulorū amiſſi
onem æquiore ſuſtineant animo. Helinandus lib.
17. Xenophon in libro de vita Cyri:polēta & car
damo & ſale ac pane Perſas aſſerit victitare. Hie⸗
ronymus contra Iouinianum li. 2. Coge ægyptiū
ut ouium lacte veſcatur: impelle ſi vales peluſiotē
ut manducat cepas. Singulæ pene in Aegypto ci⸗
uitates ſiugulas beſtias monſtra venerantur: quo
cuncꝫ voluerint/ hoc inuiolabile & ſacrū putant.
Vnde & urbes quocꝫ apud eos ex animalium vo
cabulo nuncupant̄:Leonto:Cyno:Lyco: Buſtris:
Thōni/quod interpretatur hircus. Et ut ſciremus
quales ſemper Aegyptus recepiſſet: nuper ab A⸗
driani amaſio urbs eorū Antinous appellata eſt.
Per hæc ergo vides:ꝙ non ſolum in eſu/ſed in ſe⸗
pulturis/& in conuiuijs/ & in omni conuerſatiōe
unaquæcꝫ gens ſuo ritu & proprietatibus victi⸗
tet:& hanc ſibi putare legem quā didicit.

De linguis gentium. CAP. L.

Linguarum diuerſitas exorta eſt in ædifi⸗
catione turris poſt diluuium. Nam pri⸗
uſcꝫ ſuperbia turris illius in diuerſos ſig
norum ſonos humanam diuideret ſocietatē / una
omnium nationū lingua fuit; quæ hebræa vocatur.
Qua patriarchæ & prophetę uſi ſunt/non ſolum
in ſermonibus ſuis/verūetiam in litteris ſacris. Ini
tio autem quot gentes/tot linguę fuerūt. Deinde
plures ꝗꝫ linguę: quia ex una lingua multę gentes
ſunt exortę. Linguę aūt dictæ in hoc loco pro ver
bis quę per linguā fiūt: genere locutionis illo quo
is qui efficit per id quod efficitur nominatur. ſicut
os dici ſolet pro verbis: ſicut manus pro litteris.
Tres autem ſunt linguę ſacrę:hebræa/græca/lati⸗
na:quę toto orbe maxime excellunt. His enim tri
bus linguis ſuper crucē Domini a Pilato fuit titu⸗
lus triumphalis ſcriptus. Vnde & propter obſcu⸗
ritatem ſanctarꝫ ſcripturarum harum triū lingua⸗
rum cognitio neceſſaria eſt: ut ad alteram recurra
tur dum ſi quam dubitationem nominis vel inter
pretationis ſermo unius linguę attulerit. Gręcā au
tem lingua inter cęteras gentium clarior habetur.
eſt enim latinis & omnibus linguis ſonantior. Cu
ius verietas in quincꝫ partibus diſcernitur. Qua⸗
rum prima dicitur cenedo /id eſt mixta ſiue cōmu
nis:qua omnes utuntur. Secunda attica/ videlicet
athenienſis: qua uſi ſunt omnes græcię auctores.
Tertia dorica:quā habent ægyptij & ſyri: Quar⸗
ta ionica. Quinta æolica:qua ſe æoliſtę locutos di
xerunt. Et ſunt in obſeruatione græcę linguæ eiuſ
modi certa diſcrimina. ſermo enim eorū ita eſt diſ
pertitus. Latinas autem linguas quattuor eſſe qui
dam dixerunt:id eſt priſcam/latinam/romanā/&
mixtā. Priſca eſt qua vetuſtiſſimi Italię ſub Iano⸗
ne & Saturno ſunt uſi. incondita ut ſe habent car
mina ſaliorum. Latina/ quam ſub Latino & regi⸗
bus Tuſcię/& cæteri in latino ſunt locuti. ex qua
fuerunt duodecim tabulæ ſcriptæ. Romana/quæ
poſt reges exactos a populo romano geſta ē. quā
Meuius/Plautus/ Eñius /Vergilius poetę:ex ora
toribus Gracchus & Cirero vel cæteri effuderūt.
Mixta/quę poſt Imperium latius permotū/ ſimul
cum moribus & hominibus in romanā ciuitatem
irrupit:integritatem verbi per ſolœciſmos & bar
bariſmos corrumpeus. Omnes autē orientis gen
tes in gutture linguam & verba collidūt. ſicut he⸗
bręi & ſyri. Omnes mediterraneæ gentes in pala⸗
to ſermonem feriunt. ſicut gręci & aſiani. Omnes
occidentis gentes verba in dentibus frangunt. ſi⸗
cut itali & iſpani. Syrus & chaldæus vicinus he⸗
bręo eſt in ſermone/ conſonans in plęriſcꝫ & litte
rarum ſono. Quidam autem arbitrantur linguam
ipſam eſſe chaldęam:quia Abraam de chaldęis fu
it. Quod ſi recipit̄: quomodo in Daniele hebræi
pueri linguam quā non nouerant doceri iubētur?
Omnē autem linguam unuſquiſcꝫ hominū / ſiue
gręcam ſiue latinam/ ſiue cęterarum gentium/aut
audiendo poteſt tenere/aut legendo: aut ex præ⸗
ceptore accipere. Cum autē omniū linguarum ſci
entia difficils ſit: nemo tamen tam deſidioſus eſt/
ut in ſua gente poſitus ſuæ gētis linguam neſciat.
Nam quid aliud putandus eſt/ niſi animaliū bru⸗
torum deterior? Illa enim propriæ vocis clamorē
exprimunt. Iſte ergo deterior/qui proprię linguæ
caret noticia. Cuiuſmodi autem lingua locutus ſit
Deus in principio mundi cū diceret: Fiat lux: diffi
cile eſt inuenire. nondum enim erant linguę. Item
qua lingua inſonuit poſtea exterioribus hominū
auribus:maxime ad primū hominē loquēs: vel ad
prophetas: vel dum corporaliter inſonuit vox di
cētis dei; Tu es filius meus dilectus. ubi a quibuſ⸗

dam credit̃ illa lingua una & sola locutus quę fuit anteq̃ esset linguarum diuersitas. In diuersis autē gētibus creditur / ꝙ eadem illis loquatur qua ipsi homines utuntur: ut ab eis intelligatur. Loquitur autem Deus hominibus non per substantiam inuisibilem / sed per creaturā corporalē. per quā etiā et hominibus apparere voluit quādo locutus est. Dicit autē Apostolus: Si linguis hominū loquar & angelorum. Vbi quęritur: qua lingua angeli loquantur. non ꝙ angelorum aliquę sint linguę: sed hoc per exaggerationē dicitur. Item quęritur qua lingua in futurū homines loquentur. nusq; reperitur. Nā dicit Aplus: Siue linguæ cessabunt. Ideo autem prius de linguis / ac deinde de gentibus posuimus: quia ex linguis gentes / nō ex gentibus linguæ exortæ sunt.

De gentium vocabulis. CAP. LI.

Gens est multitudo ab uno principio orta: siue ab alia natione secūdum propriā collectionē distincta. ut græci asię. Hinc & gentilitas dicitur gens appellata / propter generationem familiarum: id est a gignendo. sicut natio a nascendo. Gentes autem a quibus diuisa est terra: quīdecim sunt de Iaphet. 30. & una de Chā: 27. de Sem: quæ fiunt. 73. vel potius ut ratio declarat. 72. totidemq; linguæ quę per terras esse cęperunt: quęq; crescendo prouincias & insulas impleuerunt. Filij Sem quinq; singulariter gētes singulas procreauerūt. Quorꝝ primus Elam: a quo Elamitę principes Persidis. Secūdus Assur: a quo Assyriorum pullulauit imperiū. Tertius Arphaxat: a q̃ Chaldæorū gens exorta est. Quartus Ludi: a quo Lidij. Quintus Aram: a quo Syri: quorū metropolis fuit Damascus. Filij Aram / nepotes Sem quattuor: Hus & Vl / Gether & Mesa. Hus Traconitidem instituit: qui inter Palestinam & Cæsaream tenuit principatum. Vnde Iob fuit. secundū quod scriptum est: Vir erat in terra Hus nomine Iob. Secūdus Vl: a quo Armenij. Tertius Gether: a quo Carmanij siue Carij. Quartus Mesa: a quo sunt hi qui vocantur Męones. Posteritas Arphaxat filij Sem. Heber nepos Arphaxat: a quo Hebræi sunt. Iectan filius Heber: a quo Indorū gens orta est. Sale filius Iectā: a quo Bactriani. licet eos alij Scytharum exules suspicentur. Hismael filius Abraam: a quo Hismaelitę / qui nunc corrupto nomine Saraceni: quasi a Sara: & Agareni ab Agar. Nabaioth filius Hismael: a quo Nabathęi: qui ab Effrata in mari rubro inhabitant. Moab & Amō filij Iotha: a quibus Moabitę & Amonitæ. Edom filius Esau: a quo Idumęi. Hæ sunt gentes quæ de Sem stirpe descendunt / possidentes terrā meridianam. Ab ortu solis usq; ad Phœnices. Filij Cham quattuor: a qbus ortę sunt gētes hæ. Chus: a quo progeniti Aethyopes. Mesraim: a quo Aegyptij phibent̃ exorti. Phuth: a quo Libij. unde & Mauri. Anię fluuius usq; in pręsens dicitur Phuth: omnisq; circa eum regio Phutensis. Chanaam: a quo Aphri & Phœnices / & Chananęi decem gentes. Item ex nepotibus Chā filij Chus: Saba / Euilath / Sabatha / Rhema / Saba & Chusa. Saba: a quo ꝓgeniti & appellati Sabęi. De quo Vergilius. solis est thuræa virga Sabæis. Euilath: a quo Getuli in parte remotioris Aphricę eremo. Sabatha: a quo Sabathęi / qui nūc Astabari noīant̃. Rhema vo. Saba & Chusa paulatim antiqua vocabula derunt: & quę non a veteribus habentur / ignorātur. Filij Rhema Saba & Dadam. Hic autem Saba per schin litterā scribitur in hebręo: ille autē superior saba per samech: a quo appellantur Sabæi. Vocatur autem nūc Saba Arabia. Dadam: a quo gens est Aethiopiæ in occidētali plaga. Filij Mesraim Labim: a quo Libij: qui quondā Phuthęi vocabantur. Ceslim: quo Philistijm: quos veteres allophylos / nos modo corrupte Palestinos vocamus. Cæterę sex gētes ignotę sunt: quę bello æthiopico subuersæ / usq; ad obliuionē pręteritorū nominum peruenerunt. Filij Chanaan undecim: ex quibus Chananęorū decem gentes: quorꝝ terram his expulsis iudęi possederunt. Quorꝝ primogenitus Sidon: a quo Sidones. unde & urbs eorꝝ in Phęnicia Sidon vocat̃. Secūdus Eth: a quo Ethęi. Tertius Iebus: a quo Iebusęi. quorum fuit Hierusalem. Quartus Amorręus: a quo Amorręi. Quītus Gregesęus: a quo Gregesęi. Sextus Euęus: a q̃ Euęi. Ipsi sunt Gabaonitę / a ciuitate Gabaon: qui supplices venerunt ad Iesum. Septimus Arachæus: qui Arachas condidit / contra oppidum Tripolim in radicibus Libani situm. Octauus Asenęus: a quo Asenęi. Nonus Aradius: a quo Aradij / qui Aradum insulā possederunt / angusto freto a Phęnicis littore separatam. Decimus Amaręus: a quo Syrię nobilis ciuitas quę vocat̃ Celis. Vndecimus Amathęus. Hæ sunt gentes de stirpe Cham: quę a Sidone usq; ad graditanum fretum omnē meridianam partem tenent. Item tribus filiorꝝ Iaphet. Filij autem Iaphet septem nominātur. Gomer: ex quo Gallathę / id est Galli. Magog: a quo arbitrātur Scythas & Gotthos traxisse originē. Madai: a quo Iones / qui & gręci. unde & mare ionicum. Tubal: a quo Iberi / qui & Ispani. licet quidam ex eo & Italos suspicent̃. Nosoch: ex quo Cappadoces sunt. unde & urbs apud eos usq; hodie Melzęa dicitur. Tyras: a quo Thraces. quorū non satis immutatum est vocabulū: quasi tyraces. Filij Gomer / nepotes Iaphet. Astanas: a quo Sarmatæ: q̃s græci Rheginos vocant. Riphan: a qno Paphlagones. Gotorna: a quo sunt Phryges. Filij Iuuan. Elisa: a quo gręci Elisęi / qui vocantur Eolides. unde & lingua quinta grææ eolis appellatur. Tharsis: a quo Cilices: ut Iosephus arbitratur. Vnde & metropolis ciuitas eorum Tharsis dicitur. Cethi: a quo Cethęi / id est Cyprij: a quibus hodieq; urbs Cithia nominatur. Dadanim: a quo Rhodij. Hæ sunt gentes de stirpe Iaphet: quæ a Tauro monte ad aquilonem / mediam partem Asię / & omnē Europam usq; ad oceanum britanicum possidēt: nomina & locis & gentibus relinquētes. de quibus postea immutata sunt plurima: cętera permanent ut fuerunt. Nam multarū gentium vocabula partim manserunt: ita ut hodieq; appareat unde fuerāt deriuata. sicut ex assur assyrij: ex heber hebręi. Partim vero temporis vetustate ita mutata sunt / ut vix homīes doctissimi / antiquissimas historias perscrutantes: nec omniū / sed aliquarum ex istis origines gentium poterint reperire. Nam ꝙ ex filio Cham qui vocat̃ Mesraim ægyptij sunt exorti nulla hoc resonat origo vocabuli. sicut nec æthiopum: qui dicuntur ad eum filium Cham pertinere qui Chus appellatus est. [illegible] omnia considerent plurima t[illegible]en gentium mutata q̃ manētia vocabula apparēt: quibus postea nomina diuer[illegible] ipsis

dedit ratio. Nanq; Indi ab indo flumīe dicti sunt:
qui ab occidentali parte eos intercludit. Seres a ꝓ
prio oppido nomē sortiti sunt: gens ad orientē si
ta. apud quos de arboribus lana contexitur. De q
bus ē illud: Ignoti facie/sed noti vellere seres. Gā-
garidæ populi sunt inter Assyrios Indosq; inhabi
tantes circa Gangē fluuium. unde etiam gangari-
dæ appellati sunt. Hyrcani dicti sunt a silua hyrca
na: ubi sunt plurimi tigres: a flumine Tigri nuncu
pati. Bastriani Scythę fuerunt: qui suorum factio
ne a sedibus suis pulsi: iuxta Bastrom orientis flu
uium consederunt: ex cuius vocabulo & nomen
sortiti sunt. Huius rex fuit Xoroastes/inuētor ma
gicę artis. Parthi quoq; et ipsi a Scythis originem
trahunt. fuerūt enim eorum exules: quod etiā vo-
cabulo eorū manifestatur. Nam scythico sermo-
ne exules parthi dicuntur. Hi similiter ut bastria-
ni domesticis seditionibus Scythia pulsi/solitudi-
nem iuxta Hyrcaniam primum furtim occupaue-
runt. deinde plæraq; finium etiā virtute obtinue-
runt. Assyrij ab Assur filio Sem vocati: gens potē
tissima: quæ ab Eufrate usq; ad Indorū fines om-
nem ī medio tenuit regionē. Medi a rege suo cog
nominati putantur. Namq; Iason Pelęi regis fra/
ter/a Pelęi filijs Thessalia pulsus est/ cum Medea
uxore sua: cuius fuit priuignus Medus rex Athe-
niensiū/qui post mortē Iasonis orientis plagā per
domuit: ibiq; Mediam urbem cōdidit: gentemq;
Medorū nomine suo appellauit. Sed īuenimus in
Genesi: ꝙ Maday auctor gentis Medorum fuit: a
quo & cognominati. ut superius dictum est. Per-
sæ a Perseo rege sunt vocati: qui e Gręcia transiēs
ibi barbaras gentes graui diuturnoq; bello perdo
muit. Nouissime victor nomen subiectę genti de
dit. Persæ autem ante Cyrum ignobiles fuerūt: &
nullius inter gentes loci habebātur. Medi semper
potentissimi fuerunt. Chasdęi / qui nunc Chaldæi
vocātur: a Caseth filio Nachor fratris Abraę cog
nominati sunt. Sabæi dicti/quod est supplicare et
venerari: quia diuinitatem per ipsorū thura vene-
rantur. Ipsi sunt & Arabes / qui in montibus Ara
biæ sunt: qui vocantur Libanus/ & Antilibanus:
ubi thura colliguntur. Syri a Surim vocati perhi-
bētur: qui fuit nepos Abraam ex Cethura. Quos
autem veteres Assyrios / nunc nos vocamus Sy-
ros: a parte totum appellātes. Hebræi vocati sunt
ab Heber/ qui pronepos fuit Sem. Israelitæ vero
ab Israel filio Isaac. Nam patriarcham hebręorum
constat fuisse Israel.: a quo duodecim tribus iudę-
orum Israelis vocabulum sortiti sunt. Iudæis autē
scissura decem tribuum nomina imposuit. Nā an
tea Hebręi siue Israelitę nuncupabanť. Exquo au
tem in duo regna populus dei diuisus est: tūc duę
tribus quę de stirpe Iuda reges habebāt/ iudæorꝝ
nomē sortiti sunt. Reliqua ps decē tribuū q̄ in Sa
maria sibi regē constituit: ob ppsi magnitudinē p
stinū nomen retinuit Israel. Samaritanorum gens
sumpsit exordiū ab Assyrijs: qui transmigrati ha-
bitauerunt in Samaria. qui latine interpretanť cu-
stodes: eo ꝙ captiuato Israel/isti in terram regio-
ni eorū ad custodiā collocati sunt. Phœnix Cad
mi frater/ de Thebis ægyptiorū in Syriam profec
tus/apud Sidonē regnauit: eosq; populos ex suo
no[illegible]ine Phœnices [illegible] prouinciam Phœniciā
nuncupauit. Sidones [illegible]tem a ciuitat[illegible] quæ vocať
Sido[illegible] traxisse vocabulum perhibetur. Saraceni

dicti: vel quia ex Sara genitos se prædicent: vel si
cut gentiles aiunt / ꝙ ex origine suo sint quasi Sy
riginę. Hi peramplā habitāt solitudinem. Ipsi sunt
& Ismaelitę. Ipsi Cedar/a filio Ismaelis. Ipsi Agare
ni ab Agar: qui ut diximus peruerso nomine Sa-
raceni vocantur: qui ex Sara se genitos gloriātur.
Philistęi ipsi sunt Palestini. quia p litteram sermo
hebræus non habet/sed pro eo ph græco utūtur.
Inde Philistæi pro Palestinis dicuntur: a ciuitate
utiq; sua. Iidem & Allophyli/id est alienigenę: ob
hoc/quia semper fuerunt inimici Israel: & lōge ab
eorum genere & societate separati. Chananæi ap
pellati de Chanaan filio Cham: quorum tertiā iu-
dæi possederunt. Ex cuius origine fuit Emor pa-
ter Sichem: a quo Amorręi sunt nuncupati. Aegy
ptij ab Aegypto quodā suo rege vocati sunt. Nā
antea dicebantur Aerij. Interpretanť autē lingua
hebraica ægyptij affligentes: eo ꝙ afflixerint Dei
populum priusq; diuino auxilio liberarentur. Ar
menus ex Thessalia/unus de numero ducum Iaso
nis qui ad Colchos profecti sunt/ recollecta multi
tudine quę amisso rege Iasone passim vagabatur:
Armeniam condidit: gentiq; ex suo vocabulo no
men dedit.. Limes est persicus: qui Scythas ab eis
diuidit: Scythia cognomiata. a quo limite Scythæ
a quibusdā perhibenť vocati: gens antiquissima
semper habita. Hi Parthos/Bactrianosq;: fœminę
autē eorum Amaçonum regna cōdiderūt. Massa-
getæ ex Scytharū origine sunt: & dicti Massage
tæ quasi graues/id est fortes getæ. Nā sic Liuius:
argentum graue dat/id est massam. Hi sunt qui in
ter Scythas atq; Albanos septentrionalibus iugis
inhabitāt. Amaçones dicti sunt: seu ꝙ simul viue
rent sine viris: quasi hama xen. siue ꝙ adustis de-
xterioribus māmis essent: ne sagittarū iactus im-
pediretur: scutoq; aptius tegerētur. Has Ticynus
unimāmas dicit. Nam hoc est amaçon: quasi ama
xos/id est sine māma. Has iam non esse dicunt: ꝙ
earum gentes partim ab Hercule/partim ab Ale-
xandro usq; ad internitionē deletæ sunt. In parte
asiaticę Scythię gētes quę posteras se Iasonis cre-
dunt/albo crine nascuntur: ab assiduis niuibus &
ipsius capilli colore nomen trahentes. & inde di-
cuntur Albani. Horum glauca oculis / id est picta
inest pupilla: adeo ut nocte plus q̄ die cernāt. Al-
bani autem vicini Amaçonibus fuerunt. Hunga-
ros/antea Hunos vocamus: postremo a rege suo
Abares appellati: qui prius in ultima meotide in-
ter glacialem Tanaim & Massagetarꝝ īmanes po
pulos habitauerūt. Deinde pernicibus equis Cau
casi rupibus / ubi feras gentes Alexandri claustra
cohibent ruperunt: & orientem viginti annis te-
nuerunt captiuum: & ab Aegyptijs atq; Aethio-
pibus annuum vectigal exegerunt. Troianorum
gens antea Dardana/ a Dardano rege nominata.
Nā Dardanus & Iasius fratres/ e Græcia profec-
ti: ex his Iasius ad Thraciam/ Dardanus ad Phry-
giam peruenit: ibiq; primus regnauit. Post quem
filius eius Erichthonius. Deinde nepos eius Tros:
a quo Troiani nuncupati sunt. Gallathę Galli esse
noscunť: qui in auxiliū a rege Bitynię euocati/ re-
gnum cum eo peracta victoria diuiserūt: sicq; de-
inde Gręcis admixti: primū Gallogręci/ nūc ex an
[illegible]tiquo Gallorꝝ nomine Gallathæ nūcupanť. Gręci
[illegible]hessali a Thessalo/postea a Gręco rege Gręci
[illegible]nuncupati. nā Gręci propri[illegible] Thessali sunt:

Lapithas autem gentem Thessaliæ fuisse aiunt cir
ca Peniũ amnẽ olim inhabitãtes : a Lapitha Apol
linis filia nuncupatos. Sicionij græci sunt nuncu
pati a Sicionio rege. Hi primũ Agialei vocabant/
a rege Agialo/qui primus Sicionijs imperauit. A
quo & Agialea ciuitas nuncupata est: quæ nunc
Peloponnensis a Pelope rege suo vocat. Ipsi sunt
& arcades/ ab Arcade Iouis & Calistæ filio dicti.
Danai a Danao rege vocati. Iidem & Argiui/ab
Argo cõditore cognominati. Postꝙ em̃ rex græ
corum Apis mortuus est: huic filius Argus succes
sit in regnũ: & ex eo Argiui vocati sunt. Qui etiã
ab eis post obitũ ut deus haberi cœpit / templo &
sacrificio honoratus. Achei/q & Achiui: ab acheo
Iouis filio dicti. Pelasgi nominati: quia cum velis
passis verno tempore aduenisse Italiam visi sunt
ut aues. Primo enim eos Varro Italiã appulisse cõ
memorat. Græcos vero Pelasgos a Iouis & Laris
sæ filio ꝓhibẽt dictos. Myrmidones fuerũt Achil
lis socij: Dolopes Pyrrhi. Dicti autẽ Myrmidones
propter astutiam/quasi myrmicæ/ id est formicæ.
Eratosthenes autem dicit dictos Myrmidones/ a
Myrmidone duce Iouis & Eurimedusæ filio. Ce
cropi Atheniensium regi successit Agratus: cuius
filia Attis nomen & regioni & genti dedit: & ex
ea Attici cognominati qui sunt Athenienses. Ion
vir fortis ex suo nomine eosdem Athenienses vo
cauit Iones. Macedones a nomine Macionis re
gis antea Emaci nuncupati sunt. Postea Macedo
nes dicti/a Macedone rege Deucalionis materno
nepote. Epyrotæ a Pyrrho Achillis filio: prius Pyr
rhidæ. postea vero a Pyrrho rege ad Italiam trans
ire præsumpserunt. Dorus Neptuni & Ellepis fi
lius fuit: unde Dori & originem & nomẽ ducũt.
Sunt autem pars græcæ gentis: ex quibus etiã cog
nominata est tertia lingua græcorum quæ dorica
appellatur. Lacedæmones a Lacedæmõe Semeles
filio dicti. Hi diu pseuerantes in bello contra Mes
senios: veriti ne diuturnitate prœlij prolis spem ꝑ
derent: præceperunt/ut virgines eorꝝ cum iuueni
bus domi relictis concumberent. sicꝗ ex promis
cuo virginum & maritorum cõcubitu iuuenes de
incertis parentibus nati sunt: & ex nota materni
pudoris Spartani vocati sunt. Nam constat ipsos
esse Spartanos qui & Lacedæmones. Spartanos
vero propter repentinos aduentus aduersus Cad
mum: quasi de terra contractos/& ex omni parte
conflictos/ita vocatos. Thraces ex filio Iaphet/q
vocatus est Tyras/& orti & cognominati ut su
perius dictum est perhibent. licet gentiles eos ex
moribus ita dictos existimẽt/ꝙ sint truces. Sæuis
simi em̃ omniũ gentiũ fuerunt. Vnde & multa de
eis fabulosa memorautur: ꝙ captiuos dijs suis la
cerent: & humanum sanguinem in ossibus capitũ
potare soliti sint. De quibus Vergilius: Heu fuge
crudeles terras: fuge littus auarum. quasi crudeliũ
& auarorum. Istratorum gens originẽ a locis du
cit. qui missi ad Argonautas persequẽdos: ut a põ
to intrauerunt Istrum fluuium: a vocabulo amnis
quo a mari recesserant appellati sunt. Romani a
Romuli nomine nuncupati: qui urbem Romã cõ
didit: gentiꝗ & ciuitati nomẽ dedit. Hi ante a Sa
turno Saturnij/a Latino Latini vocati sunt. Nam
Latinus Italiæ rex fuit: qui ex suo nom[illegible] tin
appellauit. Qui postea Romani nu[illegible]
[illegible] & Quirites dicti: q a Quirinus d[illegible]

mulus/ꝙ semper hasta utebatur: quæ Sabinorum
lingua quiris dicitur. Italus quoꝗ/& Sabinus/&
Sicanus fratres fuerunt: ex quibus nomina popu
lis imposita & regionibus sunt. Nam ab Italo Ita
li/a Sabino Sabini / a Sicano Sicani: qui & Siculi
cognominati sunt. Iidem & Sicilienses. Tusci Ita
liæ gens est/a frequẽtia sacrorum & thuris voca
ta. Vmbri Italiæ genus est: sed Gallorum vetus ꝓ
pago. qui Apœninum montẽ incolũt. De quibus
historiæ perhibent: eo ꝙ tempore cladis imbrium
superfuerint ob hoc Vmbrios græce nominatos.
Marsiæ gens Italiæ dicta a Marso comite Liberi:
qui illis usum vitium ostendit. & ob hoc isti statu
am fecerunt: quam postea Romani victis Marsis
tulerunt. Marsos autem græci tuscos vocant: qua
si multos serpentes habeant: illæsos autẽ carminũ
esse maleficijs. Inhabitant autem plagam Apœni
ni montis simul cum Vmbris. Gothi a Magog fi
lio Iaphet/ nominati putantur de similitudine ulti
mæ syllabæ: q̃s veteres magis Gethas ꝗ̃ Gothos
vocauerunt. gens fortis & potentissima: corporꝝ
mole ardua: armorũ genere terribilis. De quibus
Lucanus: Hinc Dacus premat: inde Gethes occur
rat Iberis. Daci autem Gothorum soboles fuerũt.
& dictos putant Dacos quasi dagos: quia de Go
thorũ stirpe creati sunt. De quibus ille: Ibis artos
procul usꝗ ad Dagos. Bessi barbari fuerũt. qui a
multitudine boum sic vocati creduntur. De qui
bus quidam. Qui colit terræ medio: vel ille diuitis
multo boue pileatus accola ripæ. Sipedes pedestri
prœlio magis ꝗ̃ equestri sunt usi. & ex hac causa
ita sunt vocati. Sarmatæ patentibus campis arma
ti inequitabãt/priusꝗ eos Lentulus Danubio ꝓ
hibebat: atꝗ inde ob studiũ armorũ sarmatæ nun
cupati existimant. Lanus fluuius fertur ultra Da
nubiũ: a quo Alani dicti sunt. Sicut & populi ha
bitantes iuxta Lemannũ fluuium Alemãni vocã
tur. De quibus Lucanus: Deseruere caua tentoria
fixa Lemanno. Longobardos vulgo ferunt nomi
natos a prolixa barba & nunꝗ tonsa. Bandelicus
amnis ab extremis Galliæ erumpens: iuxta quem
fluuium habitasse / & ex eo traxisse nomen Ban
deli perhibentur. Germaniæ gentes dictæ/ ꝙ sint
immania corpora: immanesꝗ nationes sæuissimis
duratæ frigoribus: qui mores ex ipso cœli rigore
traxerũt. feroces animi & semper indomiti: raptu
venatuꝗ viuentes. Horum plurimæ gentes/ variæ
armis/discolores habitu: linguis dissonæ/& origi
ne vocabulorum incertæ. ut tolerantes: sampsi/va
ri/quadi/tungri/marcomãni/bruteri/ camasi/blã
gianæ/tubantes: quorum immanitas ac barbaries
etiam in ipsis vocabulis horrorem quendã signifi
cat. Suevi pars Germanorꝝ fuerunt in fine septen
trionis. De quibus Lucanus: Fundit ab extremo
flauos aquilone Sueuos. Quorꝝ fuisse centum pa
gos & populos multi tradiderunt. Dicti aũt Sue
ui putant a monte Sueuo/qui ab ortu initiũ Ger
maniæ facit. cuius loca incoluerũt. Burgundiones
quõdam a Romanis subacta interiore Germania
per castrorꝝ limites positi a Tyberio cæsare/i[illegible]
gnam creuerũt gentẽ: atꝗ ita nomen ex locis [illegible]
pserunt. quia crebra per[illegible] ia c[illegible]
uta burgos vulgo voca[illegible]
[illegible]anis: plus ꝗ̃. s[illegible]

paludibus inuijs sita: virtute atq; agilitate habilis. unde & appellata: ꝙ sit durum & validissimũ genus hominum/& prestans ceteris pyratis. Franci a quodam proprio duce vocati putant̃. Alij eos a feritate morũ nuncupatos existimant. Sunt enim in illis inconditi: naturalisq; eis ferocitas animoꝝ. Britones quidã latine nominatos suspicantur: eo ꝙ bruti sint: gens inter oceauum interfuso mari q̃si extra orbem posita. De quibus Vergilius: Toto diffusos orbe Britannos. Scoti propria lingua nomen habent a picto corpore: eo ꝙ aculeis ferreis cum atramento variaꝝ figurarum stigmate annotẽtur. Galli a candore corporis nũcupati sunt. gala enim græce lac dicit̃. Vnde & Sibylla sic eos appellat cum ait de his. Tunc lactea colla auro innectuntur. Secundũ diuersitatem enim cœli & facies hominũ & colores & corporum quantitates & animorũ diuersitates existunt. inde Romanos graues/Grẹcos leues/Aphros versipelles/Gallos natura feroces atq; acriores ingenio peruidemus. quod natura climatũ facit. Galli aũt Senones antiquitus Zenones dicebant̃: ꝙ Liberũ hospitio recepissent. postea z in s litterã cõmutata est. Vacca oppidũ fuit iuxta Pyreneũ: a quo sunt cognominati Vacc̨ei. De quibus credit̃ dixisse poeta: Lateq; vagantes Vacc̨ei. Hi Pyrenei iugis peramplã habitant solitudinẽ. Iidẽ & Vascones/quasi vaccones: c in s litterã demutata. Quod genus Pompeius edomita Ispania/& ad triumphũ venire festinans/de Pyrenei iugis deposuit: & in unũ oppidum congregauit. Vnde & Conuenarũ urbs nomen accẹpit. Ispani ab Ibero amne primum Iberi/postea ab Ispalo Ispani cognominati sunt. Gallici a candore dicti fingunt̃. unde & Galli. Reliqs em̃ Ispanię populis cãdidiores existũt. Hi grẹcam sibi originẽ asserunt. unde & naturali ingenio callent. Siquidẽ post finẽ troiani belli/Teucrũ morte Aiacis fratris inuisum patri Telamoni/dũ nõ reciperetur in regnum/Cyprũ concessisse ferunt: ibiq; urbem noĩe antiquę patrię Salaminã condidisse: inde ad Galliciã profectus/expositis sedibus ex loco nomẽ genti dedisse. Astures gens Ispanię: vocati eo ꝙ circa Asturã flumen septẽ montibus siluisq; crebris inhabitent. Cantabri gens Ispaniæ: a vocabulo urbis/& Iberi amnis cui insidunt appellati. Hoꝝ animus pertinax: & magis ad latrocinãdum/& ad bellandũ/& ad ꝑpetiẽdũ verbera semper parati. Celtiberi ex Gallis celticis fuerũt: quorum ex noĩe appellata est regio Celtiberia. Nã ex flumine Ispanię Ibero ubi consederant/& ex Gallis qui Celtici dicebãtur/mixto utroq; vocabulo Celtiberi nuncupati sunt. Aphri appellati ex uno de posteris Abraæ qui vocabat̃ Apher: qui dicit̃ duxisse aduersus Libyã exercitũ: & ibi victis hostibus consedisse: eiusq; posteros ex nomine atavi & Aphros & Aphricã nuncupasse. Pœni autẽ Carthaginenses sunt: a Phœnicibus nũcupati qui cum Didone profecti sunt. Tyrij vero a Tyria urbe Phœnicũ nuncupati/de qua profecti sunt: & ĩ Aphricę littus venerunt. Getuli Gethę dicunt̃ fuisse: qui ingenti agmine a locis suis nauibus conce[illegible]ntes/lo[illegible] [illegible]bya occupauerũt. & quia [illegible] [illegible]iuato nomine Getuli cog[illegible] [illegible]pinio est apud G[illegible] [illegible] conf[illegible]

tio habuere Libeies: deinde Aphri: post hęc Getuli: postremũ Mauri & Numides. Mauri & numidę ut Aphri putant̃ sumpsisse exordiũ & vocabulum. Nã postq; in Ispania Hercules interijt: & exercitus eius cõpositus ex varijs gentibus/amisso duce passim sibi sedes quęrebat: & ex eo numero Medi & Persę & Armenij nauibus in Aphricam transuecti/proxima maris loca occupauere. sed ꝑse dũ materiã in agris pro construẽdis domicilijs non inuenirẽt: & ignara lingua cõmercium prohiberet: ꝑ patentes agros & diuersas solitudines vagabant̃: & a pabulationibus vagabundis semetipsos propria lingua Numides apbellauerũt: id ẽ sine oppidis vagos & errantes. Medi autẽ cũ Libijs se miscuerunt: qui proxima Ispanię inhabitabant. quorũ nomen paulatim Libij corrumpebãt barbara lingua mauros ꝓpter medos appellantes. licet mauri ob colorẽ a græcis nominent̃. Grẹci em̃ nigrũ mauron vocant. Aestifero quippe calore afflati acri coloris speciem ducunt. Massylia ciuitas Aphricę est/non longe ab Atlante & hortis Hesperidũ: a qua ciuitate Massylij exorti sunt/quos nos corrupte Massulos vocaus. De quibus Vergilius. Hicinde massylię gentis monstrata sacerdos. Gaulali gentes sunt a meridie usq; oceanũ hesperiũ peruagantes. His nomen Gauloen insula dedit/quę est iuxta Aethiopiã: ubi nec serpens nascit̃ nec viuit. Garamantes populi Aphricę prope Cyrenas inhabitantes: a Garamãte rege Apollinis filio: qui ibi ex suo nomine Garama oppidũ condidit. Sunt autẽ proximę gentes Aethiopum. De quibus Vergilius: Extremi Garamantes. quia sęui & a consortio humanitatis remoti. Hesperij vero sunt qui circa Ispaniam cõmorantur. Nã Ispania Hesperia dicit̃. Aethiopes dicti a filio Chã/qui vocatus est Chus: a quo originem trahunt. Chus enim hebraice æthiops interpretat̃. Hi quõdam a Nilo flumine cõsurgentes/iuxta Aegyptũ inter Nilũ & oceanũ in meridie sub ipsa solis vicinitate insederũt. Quoꝝ tres sunt populi: Hesperi: Garamantes: & Indi. Hesperi sunt occidentis: Garamantes tripolis: Indi orientis. Trogloditæ gens Aethiopũ: ideo nuncupati/ꝙ tanta celeritate pollent ut feras cursu assequant̃. Pamphylij & in Aethiopia sunt: quibus esca est quicquid mandi potest: & omnia fortuitu gignentia. unde & nuncupati. Ichthiophagi/qui venando in mari valẽt: & piscibus tm̃ alunt̃. Hi post Indos montanas regiones tenent. quos subactos Alexander magnus vesci piscibus prohibuit. Antropophagi gens asperrima sub regiõe Syricũ sita: qui quia humanis carnibus vescunt̃/ideo Antropophagi nominantur. Itaq; sicut his/ita & cæteris gentibus per sæcula/aut a regibus/aut a locis/aut a moribus/vel ex q̃buslibet alijs causis immutata vocabula sunt: ita ut prima origo nominis eorũ temporũ vetustate non pateat. Iam vero hi qui Antipodes dicuntur: eo ꝙ contrarij esse vestigijs nostris putant̃: ut q̃si sub terris positi/aduersa pedibus nostris calcẽt vestigia: nulla ratione credendũ est. quia nec soliditas patitur: nec centrũ terræ: sed neq; hoc ulla historię cognitione firmat̃. Sed hoc poetæ quasi ratiocinando coniectant. Titanas autẽ quosdam in Græcia ferunt fuisse robustos & excellentes viri[illegible] [illegible]s: quos ferũt fabulę/ab irata cõtra De[illegible] [illegible] eius ultionẽ creatos. Vnde & Tita-

nes dicti ſunt/id eſt ab ultione: ꝙ quaſi ulciſcendę
matris Terrę cauſa in Deos armatos exiſteret. qͥs
fabulę a Ioue bello fuiſſe ſuperatos atqꝫ extinctos
fingunt: propter quod e cęlo iactis fulminibus in
terierunt.

De Mundo & eius nomine. CAP. LII.

m Vndus eſt uniuerſitas omnis. qui con
ſtat ex cœlo & terra & mari / cunctiſqꝫ
ſideribus. Qui idcirco mũdus eſt appel
latus: quia ſemper in motu eſt. nulla enim requies
eius elementis conceſſa eſt. De quo Paulus apo
ſtolus ait: Præterit enim figura huius mundi. Se
cundũ autẽ myſticũ ſenſum/ mundus cõpetenter
homo figuratur. quia ſicut ille ex quattuor concre
atus elementis: ita & iſte ex quattuor conſtat hu
moribus uno temperamẽto commixto. Vnde &
veteres homines in cõmunione fabricę mundi cõ
ſtituerunt. ſiquidem græce mundus coſmos / ho
mo autem micro coſmos/ id eſt minor mũdus ap
pellatur. Scilicet & pro mundo nonnunqꝫ ſciptu
ra peccatores inſinuat. De quibus dictum eſt: Et
mundus eum non cognouit. Formatio mundi ita
demonſtratur. Nam quemadmodum erigitͬ mun
dus in ſeptẽtrionalẽ plagam / ita declinatur in au
ſtralem. Caput autem eius & facies orientalis re
gio. Vltima pars occidẽtalis eſt. Nam partes eius
quattuor ſunt. Prima pars mũdi orientalis. Secũ
da meridiana. Tertia occidẽtalis. Vltima vero at
qꝫ extrema ſeptentrioalis. Vergilius: Qua circum
extrema dextra læuaqꝫ trahuntur Cærulea & gla
cie concretę atqꝫ imbribus aſtris. Et Lucanus. Sic
mundi pars ima iacet: quam zona niualis/ Perpe
tuæqꝫ premunt hyemes.

De quinqꝫ circulis mundi. CAP. LIII.

i N definitione autẽ mundi circulos aiũt
philoſophi quinqꝫ. Quos græci paralle
los/id eſt zonas vocant: in quibus diui
ditur orbis terræ. Has Vergilius in Georgicis di
cens oſtendit. Quinqꝫ tenent cœlum zonę: quarꝫ
una coruſco. Sed fingamus eas. Primus autem cir
culus Arcticus/eſt ſeptentrionalis/frigore inhabi
tabilis. Secundus circulus ſolſticialis terminus/ha
bitabilis & tẽperatus. Tertius Aequinoctialis tor
ridus/ihabitabilis. Quartus circulus hyemalis/ et
hymerinus/temperatus/habitabilis. Quintus au
ſtralis eſt circulus Antarcticus/calidus/ inhabita
bilis. De qbus Varro ita dicit. A quinqꝫ æthereus
zonis accingitur orbis. Ideo autem Aequinoctia
lis circulus inhabitabilis eſt: quia ſol per medium
cœlum currẽs nimium his locis facit feruorem: ita
ut ne fruges ibi naſcantur: propter exuſtam terrã.
Nec homines illic propter ipſum ardorem habita
re permittuntur. At contra/ſeptentrionales & au
ſtrales circuli non habitantur: quia a curſu ſolis lõ
ge poſiti ſunt: ideo nimio cœli frigore ventorũqꝫ
gelidis flatibus contabeſcunt. Solſticialis vero cir
culus qui in oriente inter ſeptentrionalem & æſti
uum eſt collocatus: vel iſte qui in occidente inter
æſtiuum & auſtralem poſitus/habitãtur. Et ideo
temperati ſunt: eo ꝙ ex uno circulo frigora/ex al
tero calorem habeant: De quibus Vergilius: Has
inter mediamqꝫ duæ mortalibus ægris Conceſſæ
ſunt munere diuo. Sed q proximi ſunt æſtiuo cir
culo ipſi ſunt Aethiopes nimio calore peru[...]

De partibu[s] terræ. CAP. LIIII.

t Erra ut teſtatur Hyginus/mundi media
regione collocata/omnibus partibus ę
quali deſidens interuallo centrum obti
net. Oceanus autem regione circũductionis ſphæ
rę perfuſus/prope totum orbem abluit. Finis ita
ꝙ & ſigna occidentia in eum cadere exiſtimantͬ.
Regio autem terrę diuiditur trifarie. Ex qbus una
pars Europa/altera Aſia/tertia Aphrica vocatur.
Europam vero ab Aphrica diuidit mare ab extre
mis oceani finibus & Herculis columnis. Aſia &
Libya cum Aegypto determinat oſtium Nili flu
minis: quod Canopicum appellatur. Aſia autẽ ut
ait ſanctus Ambroſius: a meridie per orientẽ uſ
qꝫ ad ſeptentrionem peruenit. Europa vero a ſep
tentrione uſqꝫ ad occidentem: atqꝫ inde Aphrica
ab occidente uſqꝫ ad meridiẽ. Vnde euidenter or
bem dimidiũ duę tenent: Europa & Aphrica: aliũ
vero dimidium ſola Aſia. Sed ideo illę duę partes
factę ſunt: quia inter utranqꝫ ab oceano mare ma
gnum ingreditur. Totius autem terræ ambitũ ge
ometrici. 180000. ſtadiorum exiſtimauerunt. In hi
ſtorijs catholicis hoc dicitͬ. Omnes quidẽ natiões
quæ vicinę ſunt ſoli/ nimio calore peruſtæ: ampli
us quidem ſapere / ſed minus habere ſanguinis di
cuntͬ: propterea conſtãtiam ac fiduciam cominus
non habere pugnandi. quia metuũt vulnera: quo
niam exiguum ſanguinis ſe habere nouerunt. At
contra ſeptentrionalibus populis a ſolis ardore re
motis animus audentior: in quo inſultatores qui
dem / ſed tamen largo ſanguine redundante ſunt
ad bella promptiſſimi.

De quattuor partibus cœli. CAP. LV.

c Limata cęli/ id eſt plagę vel partes quat
tuor ſunt. Ex quibus prima pars orienta
lis eſt: unde aliquę ſtellę oriuntur. Secun
da occidentalis: ubi nobis aliquę ſtellæ occidunt.
Tertia ſeptentrionalis: ubi peruenit ſol in diebus
maioribus. Quarta auſtralis: ubi ſol peruenit no
ctibus maioribus. Oriens autem ab exortu ſolis ẽ
nuncupatus. Occidens ꝙ diem faciat occidere &
interire. abſcondit enim lumen mũdo & tenebras
ſuperinducit. Septẽtrio autẽ a ſeptem ſtellis axis
vocatus quæ in ipſo reuolute rotantur. Hic pro
prie & vertex dicitur: eo ꝙ vertitur. Meridies au
tem vocatur: vel ꝙ ibi ſol facit mediũ diem: quaſi
mere dies. vel quia tunc purius micat ęther. merũ
enim purum dicitur. Sunt & alia ſeptẽ climata cœ
li: quaſi ſeptẽ lineæ ab oriente uſqꝫ ad occidẽtem:
ſub quibus & mores hominum diſpares/atqꝫ ani
malia ſpecialiter diuerſa naſcuntͬ: quę vocata ſunt
a locis quibuſdam famoſis. Quarum primum eſt
Meotis. Secundum Syene. Tertium Alexandria.
Quartum Rhodus. Quintum Helleſpontus. Se
xtum Ponticus. Septimum Boryſthenes. Cardi
nes autem extremę partes ſunt axis. & dicti cardi
nes/eo ꝙ per eos vertitur cœlum. Poli ſunt circu
li qui currunt per axem. Horum alrer eſt ſepten
trionalis: qui nunqꝫ occidit: appellaturqꝫ boreus.
Alter auſtralis. qui nunqꝫ videtur. & Auſtrono
tus dicitur. Et dicti ſunt poli/ ꝙ ſint axium circuli
ex uſu plauſtr[...] a po[...]ndo ſci[...] [...]t nominati.
Se[...]d polus bo[r]eus ſemper videtͬ: auſtro[...] [...]otus ve
ro nun[...] [...]ura dextera cœli altiora ſunt: [...] [d]epreſſa
autem [...] [...]tri. Conuexa extrema cœli ſu[...] [...]i
tate dict[...] Nam conuexũ omne curuu[m]

clinatum & in modum circuli flexum. Lacteus circulus via est quę in sphæra videtur. a candore dicta: quia alba est. quam aliqui dicunt viam esse qua circumit sol: & ex splendoris ipsius transitu ita lucere.

De circulis cœli. CAP. LVI.

h Abitatio ista cœli distincta zonis: quasdam partes tēperie sua incolere permisit: quasdam negauit/ enormitate frigoris aut caloris. Zonę autem ipsæ quinq; sunt. quę ideo zonę vel circuli appellantur/ ꝙ in circumductiōe sphærę existūt. Quorū primus circulus ideo Arcticus appellatur: eo ꝙ inter eū Arcturi signa inclusa perspiciuntur: quæ axes in ursarum speciē ficta septentriones appellantur. Secūdus circulus exuterinus tropicus dicitur: quia in eo circulo sol aquilonis finibus æstatem faciens/ ultra eum circulum non transit: sed statim reuertit̄. & inde Tropicus appellatur. Tertius circulus hymerinus: qui a latinis ideo Aequinoctialis appellatur: ꝙ sol cū ad eum orbem peruenerit æquinoctium facit. Hymerinus enim latine dicitur dies atq; nox. quo circulo dimidia sphæræ pars constituta prospicitur. Quartus circulus Antarcticus vocatur: eo ꝙ contrarius sit circulo quē Arcticū nominamus. Quintus circulus cymerius tropicus: q̄ a latinis hyemalis siue brumalis appellatur ideo: quia cum sol ad eum circulum peruenit/ hyemē his qui ad aquilonem sunt facit: æstatem autem his qui austri partibus cōmorantur. Zodiacus autē circulus est/ qui ex linearū quinq; angulis/ & ex una linea cōstat.

De mensuris agrorum. CAP. LVII.

m Ensura est quicquid pondere/ capacitate/ longitudine/ altitudine/ animoq; finitur. Maiores itaq; orbē in partibus/ partes in prouincijs/ prouincias in regionibus/ regiones in locis/ loca in territorijs/ territoria in agris/ agros in centurijs/ centurias in iugeribus/ iugera in climatibus: deinde climata in actus/ particas/ gradus/ cubitos/ pedes/ palmos/ uncias/ & digitos diuiserunt. Tanta enim fuit eorum sollertia. Digitus est minima pars agrestium mensurarum. Inde uncia: habens digitos tres. Palmus autē quattuor habet digitos: pes sedecim digitos. Passus pedes quīq;: partica passus duos/ id est decem pedes. Partica autem a portando dicta: quia portica. Omnes autem pręcedētes mensurę in corpore sunt. ut palmus/ pes/ passus: & reliqua. sola partica portatur. Est enim decē pedum ad instar calami in Eęechiele templum mensurantis. Actus est minimus/ latitudine pedum quattuor: longitudine centū quadraginta. Climata quoq; undiq;uersum habēt pedes sexaginta. Actus quadratus undiq; finitur pedibus. 120. Hunc Bethici arapennem dicunt: ab arando scilicet. Actus duplicatus iugerum facit: & ab eo quod est iunctū iugeri nomen accepit. Iugerum autem constat longitudine pedum. 240. latitudine. 120. Actum prouincię Bethicę rustici agrū vocant porcani/ id est tot pedū latitudine definiunt. Sed porca est qnod in arādo extat defossum. At Galli candecum appellant in [illegible]eis urbanis spacium. 100. p[illegible]um/ qu[illegible] cente[illegible] cū: i[illegible] agrestibus autem ped[illegible]um. 250. quod [illegible]ratores ca[illegible]decū vo[illegible]nt. Porro [illegible]tadialis ager hab[illegible] passus. 125 [illegible] mensu[illegible] [illegible]computata miliare facit: quo[illegible] [illegible]ōstat qui[illegible] [illegible]edibus. Centuria aut[illegible]m a[illegible] [illegible]t ducen-

torum iugerum: qui apud antiquos a centū iugeribus vocabatur. sed postea duplicata/ nomen pristinum obtinuit. in numero enim centuriæ multiplicatę nomen mutare non potuerunt.

De itineribus. CAP. LVIII.

m Ensuras viarū nos miliaria dicimus: gręci stadia: galli leucas: ægytij signes: persæ parasangas. Sunt autem proprię quę stadia. Miliarium mille passibus terminatur. & dictum miliarium/ quasi mille adium: habens pedes quinq; milia. Leuca finit̄ passibus quingentis. Stadium octaua pars miliarij est: constans passibus 125. Hoc primum Herculem statuisse dicunt: eum ꝙ eo spacio determinasse quod ipse sub uno spiritu confecisset: ac proinde stadium appellasse: ꝙ in fine respirasset/ simulq; stetisset. Via est qua potest ire vehiculum. & via dicta a vehiculorum incursu. Nam duos actus capit: propter euntium & venientium vehiculorum occursum. Omnis autē via aut publica est: aut priuata. Publica est quę in solo publico est: quę iter actus populo patet. Hęc autem ad mare/ aut ad oppida pertinet. Priuata ē quæ vicino municipio data est. Strata dicta quasi vulgi pedibus detrita viarum. Lucrecius: Strata ꝙ iam vulgi pedibus detrita viarū. Ipsa est & dilapidata/ idest lapidibus strata. Primū autem Pęni dicuntur lapidibus vias strauisse. postea Romani eas per omnē pene orbem disposuerunt: propter rectitudinem itinerum: & ne plębs esset ociosa.

De Ventis. CAP. LIX.

v Entorum primus cardinalis Septentrio frigidus & niualis/ flat rectus ab axe: & facit arida frigora & siccas nubes. hic Aparctias dicitur. Circius/ qui & Thracias. Hic a dextris Septentrionis intonans facit niuium & grādinum coagulatiōes. Aquilo/ qui & Boreas ex alto flans/ gelidus atq; siccus & sine pluuia: quia nō discutit nubes/ sed constringit. Vnde & merito diaboli formā inducit: qui ab iniquitatis frigore gentilium corda constringit. Secūdus ventorū cardinalis Subsolanus: qui & Apelliotes. Hic ab ortu ī tonat solis: & est temperatus atq; suauis. Vulturnus ipse qui & carcias vocatur: dexterior subsolani. hic dissoluit cuncta atq; desiccat. Eurus ex sinistro latere venit Subsolani: orienrem nubibus irrigat. Tertius ventorꝫ Auster/ plagæ meridianæ cardinalis: qui & Euronotus: ex humili flās humidus/ calidus atq; fulmineus: generās largas nubes & pluuias latissimas: soluēs etiam flores. Euroauster calidus ventus/ a dextris intonat Austri. Euronotus ventus temperate calidus a sinistris Austri spirat. Quartus cardinalis Zephyrus/ qui & Fauonius/ ab occidente inferiore flat. iste hyemis frigora grauissima & vitē relaxat: floresq; producit. Aphricus q̄ dicit̄ Libs/ ex Zephyri dextro latere intonās/ generat tēpestates: & pluuias facit: & nubiū collisiones/ & sonitus tonitruorꝫ & crebrescētiū fulgurū visus/ & fulminū impulsus. Eurus/ qui & Agrestis & sinistra parte Fauonij aspirans: eo flante in orientē nubila sunt in die serena. Quosdā aūt Trāquillus ꝓprios locorū flatus certis appellat vocabulis. ut in syria Syrus/ Carbasus in cilicia/ in propontide Thracias/ in gallathia Cir[illegible]ius/ in ispania Sogronensis. Sunt pręterea quidā [illegible]nerabil[illegible]s ex fluminibus/ aut stagnis/ aut fi[illegible] nominat[illegible] [illegible]uc sunt tam[illegible] extra hos ubiq;

ſpiritus magis ꝙ venti: aura & altanus.

De ſignis tempeſtatis & ſerenitatis. CAP. LX.

t Empeſtas turbo eſt diuini iudicij. Sicut Propheta ait: Deus/in tēpeſtate & tur bine viæ eius. Serenitas autem gaudiū eſt lucis æternę. Signa autem tempeſtatum Tran quillus in parte ſic dicit: mutationem tempeſtatis expectandam in aſperius. Cum in nocturna naui gatiōe ſcītillat ad remos & ad gubernacula aqua in auſtro: venti mutatio eſt. Cum luigines erudi- neſq; volāt: aut cū delphini totos ſe ſaltibus oſtē dunt/aut cum caudis aquam feriunt: nam ſemper inde ventus orit̄ quo illi feruntur. Nec mirum mu ta animalia diuinare ſub gurgite. Semper enim tē peſtas a motu incipit: quam per mutationē maris primū undarum incolę ſentiunt. Itaq; propter im petum pugnant: ſiue metuant ne deferantur in lit tus: ſiue natura/ne auerſa℞ ceruices unda pręcipi tet. Quid ergo delphini tm̄ hanc iniuriam timēt? Immo & cæteri piſces: ſed hi tm̄ apparent qui exi liunt. Item Varro dicit ſignū eſſe tempeſtatis dū de parte aquilonis fulget: & cum de parte euri in- tonat. Nigidius quoq; ait. Luna ſi ſummo in cor- niculo maculas habuerit in primis partibus men- ſis: imbres fore. ſi in media: tunc cū plena ſit in eo corniculo/ſerena denſitas ſit. Certe ſi rubet quaſi aurum: ventum oſtēdit. Fit enim ventus ex aeria denſitate obducta: unde ſol & luna rubeſcūt. Itē ſi cornua eius obiecta fuerint: nubila tēpeſtas fu- tura erit. Horatius autem dicit. Si aquilonicū cor- nu lunę ſit correptū/aquilonem imminere. Quar ta autem luna futurarum index certiſſima aurarū habet̄. Vnde & Vergilius certiſſimus auctor di- cit. Si ſol in ortu ſuo maculoſus ſit / atq; ſub nube latens: aut ſi dimidia parte apparuerit: imbres fu- turos. Item Varro dicit: Si exoriens concauus vi- detur/ita ut de medio fulgeat & radios faciat par tim ad aquilonem/partim ad auſtrum: tempeſta- tem humidam ac ventoſam fore ſignificat. Itē die inquit ſi ſol rubeat/eſt ſyncęrus: ſi palleat/tempe- ſtatem ſignificat. Nigidius quoq;: Si pallidus in- quit ſol in nigras nubes occidit/ aquilonis ventos ſignificat. Item Dominus in euangelio. Si facta in quit veſpera rubicundum fuerit cœlum / mane ſe renum erit. Si mane rutilat cœlum: tempeſtas fu- tura erit. Et cū auſter ventus fuerit/ęſtas erit.

De monte Aethna. CAP. LXI.

d E monte Aethna Iuſtinus in libro hiſto riarum ita ſcripſit dicens. Sicilię tellus te nuis ac fragilis / & cauernis quibuſdam phiſtuliſq; ita penetrabilis/ut ventorum tota fer- me flatibus pateat. Necnon & ignibus generan- dis nutriendiſq; ſoli ipſius naturalis vis. Materia ꝗppe intrinſecus ſtrato ſulphure & bitumine tra ditur: quę res facit: ut ſpiritū cum igne introrſus re luctante/frequenter & ꝙpluribus locis nunc flā- ma/nunc vapores/nunc fumus erumpat. Exinde deniq; Aethnę montis per tot ſęcula durat incen dium. Et ubi per acriora ſpiramenta cauernarum ventus incumbit/arenarum cumuli eriguntur. Ac cedunt & perpetua fomenta inſula℞ æolia℞: ve- luti ipſis undis alatur incendium. Neq; enim in tā anguſtis terminis aliter durare per tot ſæcula tan tus ignis potuiſſet: niſi & humoroſis nutrimentis aleretur. Hinc igitur fabulę Scyllā & Charybdim finxerūt: hinc latratus auditur: hinc monſtri incre dita ſimulacra: dum nauigantibus magnis vertici bus pelagi deſidentes exterriti/latrare putant un- das/quas ſorbentis æſtus vorago collidit. Eadem cauſa etiam Aethnæ mōtis perpetuos ignes facit. Nam aquarum ille concurſus / rapto ſecum ſpiri- tu in imum profundū trahit: atq; ibi ſuffocatū tā diu tenet/donec per ſpiramenta terrę diffuſus/nu trimenta ignis incendat. Conſtat autem ad exem plum gehennæ: cui ignis perpetua incendia ſpira- bunt ad puniendos peccatores: qui cruciabunt̄ in ſæcula ſæculorum. Nā ſicut iſti montes tanta tē- poris diuturnitate uſq; nunc flammis exęſtuanti- bus perſeuerant/ita ut nunq; extingui poſſint: ſic ille ignis gehennæ ad cruciandum corpora dam- natorum finem nunq; habiturus eſt.

Index Capitum Tractatus de tribus orbis partibus: ac varijs hominum/portentorum/trans formatorum: necnon de diuersis fluminibus aquarum/insularum & montium.

